—1037. Albert Elewern statuit pueris Lemmekini Aven dimidiam hereditatem Hinrici Lothen pro 132[a]) m. a proximo [f.] b. Johannis Baptiste ad 3 annos; idem Albertus fideiussit pro defectu.

1038. Hinricus Sunderrok statuit Clůver suam hereditatem sitam in Hokenstrate pro 60 m. solvendis in proximo Michaelis.

1039. Lephardus obligatur filio suo Nicolao in 30 m. d. et Wernekino filio suo in 8 m. et sic separatus est ab ipsis pro hereditate matris eorum.

1040. Jo[hannes] de Hadel statuit Jo[hanni] de Kamen suam hereditatem in pl. Francorum sitam pro 100 m. d.

—1041. Tale relicta Gropen statuit Hinrico de Cippeken quartam partem hereditatis sue pro 18 m. ratione muri, pro quibus habebit annuatim ratione reddituum 24 sol.

Eadem relicta statuit Hinrico de Dalviz residuum eiusdem hereditatis pro 20 m.

—1042. Arnoldus Busche statuit pueris Hinrici de Vreden suam hereditatem sitam in pl. Monachorum pro 60 m. solvendis ad 4 annos.

1043. Harderus Brochdorp concordavit cum Mechtilde uxore sua, quod, quando alter eorum moritur, supervivens omnia ipsorum bona obtinebit.

1044. Godeke Stůver dimisit a se filium suum Johannem ex parte hereditatis sue matris, qui filius ipsum patrem liberum et solutum ratione huius, qui tamen Johannes nec[b]) tertius obtinet dimidietatem hereditatis sui patris site ante Verdor.

1045. Sabel statuit duobus filiis suis, Johanni et Conrado, hereditatem suam et duas curias humuli sitas apud Gerbodehagen pro 110 m. ratione hereditatis matris eorum.

—1046. Nicolaus Wittenborch statuit suam dimidiam hereditatem sitam in Vrankenstrate apud Tidericum Album Johanni Westerso pro $62^1/_2$ m. et 3 sol. solvendis in proximo Michaelis.

1047. Benekinus, filius Johannis Divitis, tutor Hilleken, et ipsa Hilleke dimiserunt Wernerum Crispum solutum ab omnibus debitis et inpetitionibus.

1048. Conradus Velin dimisit Johannem de Dorpen et Heynonem Velin solutos a provisione et ab omni computatione ratione testamenti patris sui.

Jda Velin, filia Nicolai, monialis in Nyencloster, dimisit Johannem de Dorpen et Heynonem Velin solutos et liberos a provisione et ab omni inpetitione.

1049. Jacobus Parvi Petri statuit Tiderico Albo suam hereditatem sitam apud Wesent pro 100 m. d. solvendis a proximo festo b. Johannis Baptiste ultra ad 5 annos; quibus 5 annis exspiratis si dicte 100 m. eidem Ti[derico] solute non fuerint, dicta hereditas ipsius iusta emptio permanebit. Actum a. D. 1333 circa Viti et Modesti *(Juni 15.)*.

—1050. Nicolaus Rodehose iunior obligavit pueris Johannis Judei tertiam partem hereditatis sue iuxta Forum pro 100 m. solvendis in festo Jacobi.

—1051. Tanquardus Helmsleger obligavit Sconeweder hereditatem filiorum fratris sui pro 10 m. a proximo Michaelis ad annum.

---

a) 32 *durchstrichen u.* 22 *übergeschrieben.* b) *Text:* mec.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

—1052. Vrigensten carnifex statuit Boetio Linicide suam hereditatem pro 40 m. pro pingnore exsequuto solvendis a proximo festo Michaelis ultra ad 2 annos. Actum die bb. Galli et Lulli (*October 16.*).

1053. Johannes Wren [a]) habet in muro Stamer Alberti 1 m. red. singulis annis in f. Michaelis pro 12 m. redimendos.

—1054. Johannes Somerstorp carnifex dimisit et dedit 2 filiis Johanni et Hermanno dimidiam hereditatem suam.

1055. Conradus [b]) Semelowe statuit Johanni Robelman suam bodam sitam inter Semelowedor et Bodendor pro 60 m. pro pignore exsequuto solvendis in proximo Nativitatis b. Johannis Baptiste.

—1056. Domina Kustersche statuit puero Marquardi quartam partem fabrice sue apud Maiores Fratres pro 18 m.

—1057. Johannes Strateborch obligavit pueris Bernardi Sachtelevent hereditatem suam lapideam sitam in pl. Piscatorum pro 40 m. solvendis a proximo Natali Cristi ad annum.

Jdem Straceborch obligavit Hinrico Tribusez eandem hereditatem pro 30 m. simul in solidumque solvendis eodem termino.

A. D. 1333 post Martini. [*f. 49a*

—1058. [c]) Relicta Bruchusen statuit Andree Vlashoken bodam suam sitam ante Semelowedor pro 100 m. d.

—1059. Bor[chardus] [d]) de Osenbrugge statuit Johanni Kusvelt dimidiam hereditatem suam sitam in pl. S. Spiritus pro 100 m.

—1060. Hinricus Bocholt statuit Petro Slutedore dimidiam hereditatem suam in pl. S. Spiritus pro 100 m.

—1061. Jo[hannes] Mercel statuit Johanni [e]) Kusvelt bodam suam sitam apud Bor[chardum] Norweghen pro 50 m.

1062. Blomenberch statuit Hinrico Badiseren hereditatem suam sitam in pl. Clericorum pro 60 m. d.

—1063. Detmer Sachtelevent statuit Bertoldo, filio Bertoldi de Grimme, hereditatem suam sitam in platea Monachorum pro 50 [f]) m. solvendis nunc ad duos annos [g]). Actum a. D. 1334 in Epyphania Domini.

1064. Rolavus Carpentarius statuit Vickoni Kortonacke suam bodam sitam in Blidenstrate pro 16 m.

—1065. Relicta Ludolfi Kusvelt statuit relicte Arnoldi Linicide et suis pueris hereditatem suam pro 200 m.; sed quando dicta relicta Arnoldi suam pecuniam rehabere voluerit, tunc antea ad quartale anni intimabit relicte Ludolfi.

—1066. Reyneke relicta Brunswik statuit hereditatem suam pueris Goldoghen pro 100 m. solvendis a proximo pascha ad annum.

—1067. Relicta Hinrici Longi statuit quartam partem hereditatis sue angularis in Bodenstrate Talen, uxori Johannis de Demyn, pro 100 m. d. solvendis a proximo pascha ad 3 annos.

---

[a]) J. W. *durchstrichen und* „Elisabet relicta Simerstorp" *übergeschrieben.* [b]) *dahinter durchstrichen* „Robelman." [c]) *übergeschrieben:* Johanni Grifenberg ad 2 annos. Actum 1336 Michaelis. [d]) *übergeschrieben* „relicta". [e]) *hinter dem durchstrichenen* Hinrico. [f]) 50 *unterstrichen*, 40 *übergeschrieben.* [g]) „duos annos" *unter dem durchstrichenen* „annum".



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

—1068. Ti[derikus] Clutse statuit Talen, uxori Johannis de Demyn, hereditatem suam pro 100 m. a proximo pascha ad annum solvendis. De[a]) hiis solvit idem Tidemannus 45 m.

—1069. Jo[hannes] Kisowe statuit hereditatem suam Johanni, filio Johannis Semeler, Hermanno Papenhagen et Hermanno Pruce pro 10 m.

—1070. Albertus Elewern statuit quartam partem hereditatis s[u]e filio Becker pro 50 m.

1071. Jacobus Brus emit a Kerstiano hereditatem suam sitam in Hokenstrate cum attinentiis suis. Kerstianus emit a Jacobo Brus bodam suam.

1072. Hinricus Keding emit a filio Kilemanneschen hereditatem suam sitam apud Dotem.

—1073. Johannes Vehof statuit Conrado de Haren hereditatis sue tertiam partem site in Longa pl. pro 100 m. d. solvendis in proximo f. b. Martini.

1074. Nicolaus Wittenborch statuit Jacob Voghel macellum suum in Nova Civitate et aream suam in Blidenstrate pro 24 m. et cum hoc curiam humuli sitam apud molendinum Elewern.

1075. Jo[hannes] Albus statuit Poppe Lidel quartam partem sue hereditatis pro 40 m. solvendis in proximo pascha ad annum.

1076. Tideke Pellifex statuit Johanni Kusvelt hereditatem suam sitam in pl. Clericorum pro 74 m. solvendis in proximo f. b. Martini.

1077. Jo[hannes] Wicberni statuit Jo[hanni] Dartsowe hereditatem suam sitam in Bodenstrate pro 200 m. a proximo f. Nativitatis Cristi ultra ad annum exsolvendis.

*1078. Hinricus Dalviz statuit Bertoldo, filio Bertoldi de Grimme, dimidiam hereditatem suam sitam in pl. Clericorum pro 40 m. d. solvendis a proximo pascha ultra ad 3 annos. Seghefridus et Hermannus Wokenstede reddent eumdem Hinricum indempnem et solutum.

—1079. Reddich Doleator statuit filie sue Taleken dimidiam hereditatem suam sitam iuxta preconem pro 14 m.; sed integra hereditas stabit pro defectu.

1080. Gherwinus emit ab Egberto et Gherardo, fratribus relicte Conradi de Godebus, quartam partem hereditatis sue site in Longa platea.

1081. Nicolaus Grelle emit ab Arnoldo de Essent hereditatem suam sitam in platea Francorum, in qua hereditate habet Herderus de Riga 10 m. ad tempora tantummodo sue vite.

1082. Hermannus de Loninge emit a Tecen de Satel dimidiam bodam suam sitam in Semelowestrate.

1083. Egbertus Westval emit a Bertoldo de Brema quartam partem molendini venti ante Knepesdor.

1084. Hinrico Badiseren pertinet hereditas angularis integra a domo Velehoven usque ad Knepesdor cum omnibus suis attinentiis.

A. D. 1334 post f. pentecostes. [*f. 49 b*

—1085. Richardus Travenemunde statuit Hinrico Tolner suas bodas sitas apud valvam S. Spiritus pro 60 m. tribus m. minus.

---

a) de his etc. *Nachtrag.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1086. Hartwicus de Hamme statuit puero Hinrico Walen suam hereditatem pro 100 m. d. ipseque Hartwicus stat pro defectu.

1087. Peter Lalendorp statuit Johanni de Lawe quartam partem sue hereditatis site apud Martinum Wokenstede pro 30 m. solvendis in proximo pascha.

1088. Rixa, relicta Symonis de Elcen, ac Segefridus, eius provisor in hac causa, statuerunt dimidiam hereditatem eiusdem Symonis sitam ante Vranckendor Johanni Wren pro 50 m. d.; aliam dimidietatem eiusdem hereditatis statuerunt Arnoldo Fabro et Mechtildi, sorori eius, pro 100 m. d. in proximo pascha persolvendis. Johannes Wren fideiussit pro consensu filii eiusdem Rixe ratione dictarum 100 m. iussu eiusdem Rixe et reddetur indempnis per dimidiam hereditatem sibi statutam.

—1089. Matheus Pistor statuit Jordano Voghen dimidiam hereditatem suam sitam in pl. Piscatorum pro 100 m.

— Jdem Matheus dedit aliam dimidietatem eiusdem hereditatis filiis suis Alardo et Paulo pro parte bonorum hereditariorum sue matris.

—1090. Johannes Wren [a]) habet in domo Andree Baggendorp 24 sol. red. ratione muri percipiendos annis singulis in f. Nativitatis b. Johannis, quos redimere potest pro 18 m.

—1091. Albertus Eleweren statuit Wulf de Brema [b]) suam dimidiam hereditatem sitam in angulo Pumperstrate pro 100 m. d. solvendis ante f. b. Michaelis, quandocumque sibi placet.

1092. Johannes Brunswik est separatus a pueris Goldoghen taliter, quod Johannes Brunswik obtinet hereditatem, quam inhabitat, sicut sita est cum omnibus aliis bonis, et dabit pueris predictis 300 m.; de quibus 100 m. iam persolvit; pro [c]) residuis 200 m. statuit dictis pueris eandem hereditatem. Ipsi etiam pueri obtinent hereditatem sitam apud Wiggerschen cum attinentiis suis.

1093. Bertoldus Soltwedel statuit Hinceken Sartori suam curiam sitam in Nova Civitate pro 26 m. solvendis in proximo Michaelis.

—1094. Johannes Somerstorp statuit Alheydi relicte Heidenrici Semelowe suam hereditatem sitam apud semiterium b. Marie pro 24 m. ratione muri, pro quibus dabit singulis annis in festo b. Johannis Baptiste 2 m.

—1095. Hinricus Kuse statuit Johanni, filio Timmonis Reper, suam hereditatem pro 50 m. solvendis in proximo f. b. Johannis Baptiste ultra 2 annos. Actum anno predicto in crastino b. Marie Magdalene (*Juli 23.*).

1096. Ti[dericus] Pellifex statuit Jordano Jordani suam bodam sitam apud preconem pro 19 m. pro pignore exsequuto solvendis in proximo b. Martini.

*1097. Elisabeth, filie Hinrici Doring [a]), bone memorie, pertinet dimidietas hereditatis eiusdem Hinrici Doring patris sui site in Bilekenhagen; alia dimidietas pertinet Alheydi sue matri, nunc uxori Johannis Polen; sed eadem Alheydis cum marito suo Johanne obligavit suam partem dicte hereditatis videlicet

---

[a]) „Johannes Wren" *durchstrichen,* Elisabeth relicta Simerstorp *übergeschrieben.* [b]) „Wulf de Brema" *am Ende nachgetragen.* [c]) *von* pro — eandem heraditatem *durchstrichen.*
[a]) Hds.: E. filie H. D. filie b. m.; *das zweite filie übergeschrieben.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dimidietatem prefate Elisabeth filie sue pro 23 m. solvendis a proximo Michaelis ad 3 annos.

Cum hiis dicta puella a matre sua est divisa,[a]) sed predictus Johannes et Alheydis ratione dictarum 23 m. eidem puelle stant pro defectu.

*1098. Domina Kustersche statuit Bertrammo et Tilseken pueris Johannis Judei pro 100 m. hereditatem suam lapideam ad 6 annos, que hereditas obligata fuerat Hermanno de Brema et Aveken pro 60 m. Sed est de ipsis 60 m. libera et soluta.

1099. Martinus Straceborch et Hermekinus, filius eius, cum consensu domini Hermanni Papenhaghen obligaverunt domine Kůnnen, relicte Hermanni Albi, et suis pueris dimidiam stupam ipsorum pro 90 m. solvendis infra 6 annos.

—1100. Jo[hannes] Wismer statuit pueris Johannis Judei dimidiam hereditatem suam sitam in Longa platea pro 100 m. solvendis in proximo f. b. Nicolai ad annum.

—1101. Hinricus Werceborch statuit Willekino Raghuel suam dimidiam hereditatem sitam in pl. Clericorum pro 30 m. solvendis infra continuos 3 annos.

A. D. 1335 post Nativitatem Domini. [*f. 50 a*

—1102. Johannes Rasche statuit Hennekino et Geseken pueris suis dimidiam hereditatem suam sitam in Verstrate pro 160 m. den.

—1103. Johannes Wicberni statuit pueris Johannis Albi bodam suam sitam iuxta bodam in angulo apud Bodendor pro 50 m. solvendis in proximo f. Nativitatis Domini.

—1104. Marquardus Textor statuit suam maiorem bodam Johanni Lovenborch pro 18 m pro pignore exsequuto. Terminus pasche.

—1105. Rubenowe statuit pueris Hinrici Ruffi quartam partem hereditatis site apud S. Jacobum pro 100 m. d.

*1106. Andreas Dudesche statuit Brand tertiam partem hereditatis sue site in Ravenbergestrate pro 50 m. solvendis a proximo f. b. Martini ultra ad tres annos; et si mater et soror eiusdem Andree alias duas partes alicui vendere vel inpignerare voluerint, prius eidem Brand exhibebunt. Actum a. D. 1334 ante Martini.

—1107. Johannes Somerstorp statuit Johanni Westerso quartam partem hereditatis sue site in pl. Fabrorum pro 17 m. 8 sol. pro pignore exsequuto Dies Jo[hannis] Baptiste.

— Johannes Somerstorp statuit aliam quartam partem eiusdem hereditatis Cecilie, filie filie Conradi Somerstorp, pro 20 m. solvendis eidem Cecilie, cum fuerit nubilis.

1108. Wichmann concessit Vickoni Vranckendam et Hennekino, filio Gherardi de Gnoyen, dimidiam hereditatem suam sitam in platea Fabrorum, quam iidem Vicko et Hennekinus Gherardo, filio predicti Gher[ardi] de Gnoyen, pro 25 m. et Helleken [b]) eiusdem sorori etiam pro 25 m. obligavit.

1109. Hermanus Wenthusen statuit Hinrico Borneholm duos ortos pro redditibus 12 solidorum, quousque a dominis consulibus hos redditus poterit liberare.

---

[a]) *Hds.:* divisisus. [b]) „et H. etc." *durch Unterstreichung getilgt.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1110. Maltenhagen statuit suam hereditatem Bertoldo, filio Bertoldi de Grimme, pro 50 m., que prius posita fuit pro 40 m., quod deleatur.

1111. Marquardus Gnewesmolen statuit eidem Bertoldo suam hereditatem pro 70 m. d., que prius eidem posita fuit pro 80 m., quod est cassum.

—1112. Johannes et Gherardus, filii Frederici Doleatoris, statuerunt Thi[deriko] Lusco[a]) hereditatem suam apud Maiores Fratres sitam pro 40 m. d.

1113. Kerstianus Lodowici statuit suam bodam sitam apud Stenh[agen] pueris Alberti Muggenhol pro 50 m. solvendis a proximo pascha ad 2 annos.

*1114. Relicta Bruchusen concessit Bertoldo de Kedinch[aghen] suam dimidiam hereditatem sitam in Semelowestrate, quam idem Bertoldus statuit Hinrico, filio Weldeghen, pro 100 m. d. solvendis a proximo f. b. Martini ad annum.

—1115. Hinricus Bocholt statuit suam dimidiam hereditatem Johanni Kesemeyer pro 110 m. d.

—1116. Hinricus Bode et Ymme eius uxor statuerunt pueris Thidemani Longi quartam partem hereditatis sue site in pl. Francorum pro 30 m. d. solvendis in proximo f. Nativitatis Domini.

*1117. Egbertus Westvalus statuit suam dimidiam hereditatem sitam apud Hermannum Papenhaghen pueris Gherardi de Welzen pro 250 m. d. solvendis in proximo f. Nativitatis Cristi; quam si tunc non redimerit, legitima emptio manebit predictorum puerorum.

1118. Johannes Papenhaghen et filius eius, magister Hermannus, statuerunt Jacobo Griphenberch suam hereditatem sitam in Ravenbergerstrate pro 160 m. solvendis a proximo pascha ultra ad annum; quam si tunc non redimerint, manebit eiusdem Jacobi emptio perpetua.

1119. Bernardus quondam notarius advocati et Ghesa ipsius uxor obligantur Hermanno Kummerowe filio ipsius Ghesen in 44 m. d., quas ipsa Ghesa in sua potestate, quandiu vixerit, retinebit; sed eadem defuncta dicti denarii de paratioribus bonis Bernardi et ipsius Ghesen eidem Hermanno expedite persolventur, tam de bonis mobilibus et immobilibus, hereditate et aliis bonis quibuscunque.

—1120. Bertrammus Wulflam et Wulvingus frater suus statuerunt Conrado Lowen hereditatem suam sitam apud Forum, in qua Mauricius moratur, pro 100 m. solvendis a proximo f. pentecostes ultra ad 2 annos.

—1121. Egbertus Westvalus statuit Lippoldo suam bodam sitam in Semelowestrate pro 220 m. a proximo pascha ad 3 annos et si interim eamdem bodam vendere voluerit, ipsam Lippoldo predicto prius exhibebit ad emendum.

—1122. Petrus Rustowe statuit Arnoldo Pedi suam dimidiam hereditatem sitam in platea Francorum pro 50 m.

1123. Bernardus Norweghen assignavit filie sue Taleken 35 m. sufferendas ex omnibus bonis suis ubicumque fuerint et quando ipsa Taleke cum noverca sua concordare non poterit, tunc sibi debet predicta[b]) pecunia expedite presentari.

A. D. 1335 post pascha. *[f. 50 b*

1124. Johannes Wigberni statuit Johanni Dartsowe suam hereditatem sitam in Bodenstrate pro 60 m. ultra summam, pro qua sibi prius est obligata.

---

a) *darüber durchstrichen* „Hermanno privigno Rockut." b) bona *durchstrichen.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1125. Gotscalcus Manhaghen, Hinricus Mordorp et Conradus Faber statuerunt Elisabeth de Swolle bodam Kerstiani Cultellificis pro 60 m. d. a proximo f. Nativitatis b. Baptiste ad 2 annos persolvendis. In eadem boda obtinet Gotscalcus Manhaghen 40 m.

1126. Hermannus Ghelinchusen dimisit uxorem fratris sui Johannis Semelowe solutam et liberam ab omni impetitione hereditaria et habet ratum testamentum eiusdem fratris sui.

—1127. Jo[hannes] Albus statuit suam dimidiam hereditatem sitam in Longa platea pueris Hinrici de Vreden pro 60 [a]) m. solvendis ad 4 annos.

—1128. Hinricus Stenhaghen statuit suam dimidiam hereditatem pueris Thidemanni Longi pro 30 m.

—1129. Marquardus Textor statuit Conrado Wilden suam bodam, in qua moratur, pro 20 m.

*1130. Godeke Lothen statuit suam dimidiam hereditatem, in qua moratur, puero Jacobi de Wilcen pro 100 m. solvendis a proximo pascha a[d] 3 annos et si dicta hereditas, quod absit, per ignem consumpta fuerit, tunc puer tertiam partem eiusdem dimidie hereditatis propriis sumptibus reedificabit.

1131. Jo[hannes] Kernendorp statuit Meynekino Bochaghen hereditatem, que fuit Johannis Papenhagen, sitam in Ravenbergerstrate pro 158 m.

—1132. Hermannus de Meppen statuit heredibus Johannis Ruffi et eorum provisoribus, scilicet Jo[hannis] Suderman, Hartwico de Hamme et Hamborch, sextam partem hereditatis, que quondam fuit Walteri Munter, pro 60 m. solvendis a proximo f. Nativitatis Domini ad 3 annos.

1133. Rotgherus Penesticus debet edificare bodam suam, sicut Heye suam edificavit.

—1134. Reyneke de Buren statuit suam dimidiam hereditatem Conrado Lowen cum consensu matris sue pro 100 m. solvendis a proximo pentecoste ad duos annos.

—1135. Jo[hannes] Witte statuit Hennekino Vos tertiam partem hereditatis sue pro 40 m.

—1136. Bernardus Hoppener statuit suam dimidiam hereditatem Gherardo de Gripeswalt et matri eius pro 50 m. solvendis ad 2 annos.

—1137. Richardus Travenemunde statuit Hinrico de Werden bodam suam sitam ante valvam S. Spiritus pro 80 m. solvendis in Circumcisione Domini.

1138. Conradus Velin statuit fratri suo Nicolao dimidiam hereditatem suam sitam in angulo Verstrate pro 100 m. d.

*1139. Nicolaus, filius Calvi Petri, et mater eius statuerunt Bernardo de Vreden stabulum eorum retro domum ipsius Bernardi cum via et transitu ad idem stabulum pro 14 m. d., quousque restituant predictas 14 m. in f. pasche; ambo fideiusserunt super defectum.

—1140. Tidericus de Demyn statuit Hennekino Langevelt, filio fratris sui, bodam suam pro 12 m., quem domina Elisabeth nutriet, quamdiu eidem Demyn placet, pro redditibus 12 m.

---

[a]) 60 *übergeschrieben; die Zahl im Text* (40) *radiert.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1141. Jo[hannes] Wicberni statuit Wichmanno bodam suam sitam ante Bodendor pro 100 m. d. solvendis in proximo Nativitatis b. Johannis Baptiste; actum die b. Marie Magdalene eiusdem anni.

—1142. Godeke Wickeden habet in domo angulari Nicolai Velin 30 m. d., quas in 4 terminis anni colliget, scilicet quolibet termino 2 m. cum dimidia, quousque dictas 30 m. plene habeat; primus terminus erit festum b. Michaelis proximum.

1143. Lenceman et sui compromissores, scilivet Detmarus Sachtelevent et Johannes Pensin, obligantur manu coniuncta Conrado de Haren in 64 m. solvendis in 4 annis subsequentibus, scilicet quolibet anno 16 m.; terminus Johannis Baptiste et quolibet termino 4 sol.

—1144. Johannes filius Engelberti Dalviz statuit Engelkino, fratri suo, tertiam partem hereditatis sue site in platea S. Spiritus pro 150 m. ratione hereditatis patris sui.

—1145. Relicta Wiberch statuit Johanni Kusvelt suam hereditatem pro 50 m.; cum autem ab invicem separari voluerint, unus alteri ad dimidium annum predicet.

1146. Martinus Danus statuit Tiderico Albo in Frankenstrate dimidiam hereditatem Sifridi Parvi pro 50 libris grossorum solvendis in proximo pascha ad 3 annos.

—1147. Dominus Tidericus de Stenhus presbiter et Lephardus eius gener statuerunt Conegundi, relicte Hermanni Albi, et eius pueris hereditatem suam lapideam sitam in platea Francorum pro 150 m.; quas exsolvent cum eadem relicta cum suis pueris et eorum provisores ipsis hoc ad quartale unius anni predixerint.

—1148. Sculderknoke pistor statuit suam dimidiam hereditatem Hermanno Kercebom pro 100 m. solvendis a proximo Michaelis ultra ad 2 annos.

*1149. Martinus Voghe [a]) statuit Hinrico Kosvelt suam dimidiam hereditatem sitam in platea S. Spiritus pro 200 m. pro pignore exsequuto.

—1150. Tidemannus Vorkenbeke statuit Hinrico Papen suam dimidiam hereditatem sitam in opposito Wesent pro 80 m.

*1151. Johannes Brunswik de consensu et iussu Johannis Wren et aliorum provisorum puerorum Goldoghe presentavit Tidekino Goldoghe 100 m. d. de 200 m., pro quibus sua hereditas eisdem pueris fuerat obligata; residuas 100 m. obtinebunt Godekinus et Jacobus fratres predicti Tidekini, pro quibus 100 m. eisdem pueris Godekino und Jacobo idem Johannes Brunswik dimidietatem sue hereditatis obligavit. Item idem Tidekinus obtinebit tertiam partem hereditatis [b]) site in platea Fabrorum, alias duas partes prefati duo pueri obtinebunt. Item dicti duo pueri obtinebunt 100 m. cum domina Reyneke relicta Brunswik et sic idem Tidekinus a suis fratribus est separatus.

—1152. Relicta Bruchusen statuit Ermegardi filie domini Sculowe hereditatem suam sitam in platea Ravensberch pro 100 m. d. solvendis a proximo Natali Cristi ad annum, hereditatem inquam cum toto angulo et attinenciis suis.

1153. Hermannus Hafman statuit Paulo Saskoping suam hereditatem pro 100 m. d. solvendis infra 2 annos continuos; actum in f. b. Michaelis.

---

a) *über* Voghe *durchstrichen* Vulsik. b) sue *durchstrichen.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1154. Martinus Danus statuit Greteken privingne sue, scilicet filie Gher[ardi] Parkentin, suam hereditatem sitam in Longa platea pro 150 m.; super isto obligatur eidem Greteken pro 50 m.

A. D. 1335 post Martini. *[f. 51 a*

—1155. Dominus Nicolaus de Wolde et Everardus Porez statuerunt pueris Hinrici Roden [a]) hereditatem sitam in platea Molendini pro 100 m. d. solvendis a proximo Nativitatis Domini ad annum. Segefridus et Jo[hannes] Wren stant pro defectu.

—1156. Hinricus de Cippeken statuit domino Bernardo de Vreden hereditatem suam in angulo sitam in Longa platea pro 50 m. d. solvendis a proximo f. b. Michaelis ad annum; ipse etiam dominus Hinricus et sui heredes stant pro defectu.

*1157. Hinricus Eselesvoeth statuit Johanni Koldehove hereditatem suam angularem sitam in Longa platea cum curia sua [b]) pro 200 m. d. solvendis ultra 4 annos, quibus 4 annis circumvolutis si idem Hinricus huiusmodi pecuniam non persolverit, tunc predictus Johannes Koldehove eamdem hereditatem vendere et obligare, cui voluerit, potest et suam inde recipere pecuniam; si vero idem Hinricus eamdem hereditatem vendere voluerit, tunc dimittet eam dicto Johanni pro tanta pecunia, pro quanta alius eam emere velit.

*1158. Gherburgis relicta Johannis Crudener muneravit et persolvit Martino Kalsowe 450 m. d. ad usum Johannis filii eiusdem Crudener, geniti per filiam eiusdem Martini Kalsowe, prius uxorem ipsius Crudener; de quibus 450 m. idem Kalsowe nomine dicti pueri prefatam Gherburgen et eius pueros dimisit liberos et solutos.

*1159. Domina Elisabeth relicta Bruchusen et Gherwinus Sculowe statuerunt et obligaverunt domino Detmaro Gramelowe et Godekino de Wickeden ad manus puerorum Petri de Scheninge, civis in Lubek, pie memorie, hereditates suas videlicet hereditatem dicte relicte sitam in Semelowestrate et hereditatem Gherwini sitam in Bodenstrate cum suis distinctionibus pro 420 m. lubicensium d.; pro quibus predicta domina Elisabeth et Gherwinus Sculowe dictis pueris Petri de Scheninge annis singulis 40 m. et 2 m. redditus dictorum denariorum infra civitatem Lubicensem in Purificatione b. Marie virginis sub eorum eventibus, laboribus et expensis persolvent expedite. Est etiam condicionatum, quod dicti, videlicet domina Elisabeth et Gherwinus Sculowe, possint reemere dictos redditus pro 420 m. antedictorum denariorum, quandocumque eorum voluntati placuerit; adiecto tamen isto quod eas exsolvent cum redditibus definitis iuxta tempus infra civitatem Lubicensem antedictis pueris sub eorum eventibus, dampnis, laboribus, ut premittitur, et expensis.

1160. Loweke et Johannes fratres dicti Semelowe coniuncta manu promiserunt predictam dominam Elisabeth et Gherwinum Sculowe ab omni dampno, si quod ratione dicte obligationis suarum hereditatum incurrerint, liberos conservare et eas hereditates de dictis pueris Petri de Scheninge penitus disbrigare.

—1161. Arbitratri sunt etiam predicti Loweke et Johannes, quod sepedictas hereditates infra hinc et proximum f. pasche et ultra ad annum reemere et de

---

[a]) pueris Hinrici Roden *durchstrichen und* Tiderico Albo *übergeschrieben.* [b]) cum curia sua *übergeschrieben.*

predictis pueris libertare debeant; quod si non fecerint, extunc 100 m. d. exsolvent civitati.

—1162. Lephardus Simerstorp statuit Laurentio, filio Tidemanni Rockut, bodam suam sitam apud Frankendor pro 50 m. d. solvendis a. proximo pascha ad 2 annos.

—1163. Giso faber statuit Ludekino Wirinchusen suam hereditatem sitam in platea Tribusez pro 20 m.

—1164. Herman Omeke statuit Bertoldo de Munster bodam suam cum uno iugere agri [a]) sitam apud Dominam Nostram pro 16 m.

—1165. Hinricus Vehof statuit Wernero Langen dimidiam hereditatem suam sitam in Longa platea pro 200 m. d. solvendis a proximo carnisprivio ultra ad annum; actum a. d. 1336 feria quarta ante carnisprivium.

—1166. Bertoldus de Holte habet in hereditate Tidemanni Lapicide in platea Molendini 4 m. d. ratione muri, de quibus dabit annuatim 5 sol. 4 d., donec eos redimere possit.

—1167. Johannes Bullencloth statuit Ludekino Wirinchusen suam dimidiam hereditatem sitam in platea Francorum pro 20 m. d.

—1168. Hermannus Perlement statuit previngnis suis suam dimidiam hereditatem in oppositum Reynekini Velkener pro 90 m.

*1169. Lephardus Wiberch statuit Hennekino, filio Hinrici [b]) de Velgest, sue hereditatis terciam partem pro $27^1/_2$ m. solvendis infra 4 annos.

—1170. Hinricus de Mukes statuit uxor[i] Ti[derici] Papenhagen Kinen suam dimidiam hereditatem sitam in Frankenstrate, que quondam pro eadem pecunia posita fuit, puero eiusdem Kinen genito de latere Vrowini Lowere pro 40 m. d.

1171. Rixe, relicta domini Bertrammi Travenemunde, Tidericus, Johannes et Nicolaus, filii eius, statuerunt domino Johanni de Dorpen et Detmer Gramelowe [c]) minorem hereditatem suam sitam in Bodenstrate cum bodis suis omnibus in Travenemunderstrate pro 224 m. [d]) solvendis a proximo pascha ad annum pro pignore exsequuto.

—1172. Lemmeke Munter obligavit Tiloni Aurifabro sextam partem hereditatis site apud Forum pro 100 m. d.

—1173. Mathias de Campen statuit Vickoni Elcingeborch, genero suo, dimidietatem hereditatis sue site in platea S. Spiritus pro 150 m.

A. D. 1336 post pascha. [*f. 51b*

—1174. Everardus Wulveshagen statuit pueris Reyneri Cerdonis hereditatem suam sitam apud Maiores Fratres pro 70 m.

1175. Hinricus Koldehove obligatur Johanni fratri suo in 70 m. den., pro quibus sibi anuuatim 7 m. persolvere debet, pro quibus eciam sibi omnia bona sua mobilia et imobilia, pecudes videlicet et pecora, fruges et annonam, obligavit; sed ipso Johanne defuncto tam principalis summa quam redditus eiusdem Hinrici et suorum heredum permanebunt.

a) cum — agri *übergeschrieben.* b) *Hds.:* Hinrico. c) „et Detmer Gramelowe" *durchstrichen.* d) 224 *durchstrichen,* 100 *übergeschrieben.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1176. Nicolaus Rodehose iunior statuit Alberto de Mechel quartam partem hereditatis sue site apud Forum pro 100 m. d.

—1177. Laurentius Wigger statuit pueris Hinrici de Vreden quartam partem hereditatis sue in Verstrate pro 60 m. solvendis infra 4 annos.

—1178. Gherardus Institor statuit Slutedore hereditatem suam sitam in Verstrate pro 100 m.

—1179. Nicolaus de Stade statuit Jo[hanni] Riben suam hereditatem sitam versus Dotem pro 70 m. ad 2 annos.

—1180. Engelke Velkener statuit Conrado, filio suo, quartam partem hereditatis sue pro 50 m. d. et fideiussit pro defectu.

—1181. Hinricus Cellator statuit Reynekino Doleatori suam bodam sitam extra Semelowedor pro 40 m.

—1182. Volquinus Wulveshagen statuit dimidietatem hereditatis sue in Longa platea Bertoldo Kure pro 50 m. solvendis infra 10 annos continuos pro pignore exsequuto. Idem Volquinus fideiussit pro defectu.

—1183. Johannes Vulesik statuit Johanni de Vreden suam dimidiam hereditatem sitam in platea S. Spiritus pro 200 m. solvendis a proximo pascha ultra ad 2 annos.

—1184. Johannes Somerstorp, statuit Hermanno filio suo dimidiam hereditatem suam sitam apud cimiterium b. Virginis pro 40 m.

*1185. Nicolaus Calvi Petri statuit Bernardo de Vreden dimidietatem anguli sui siti in Frankenstrate pro 30 m. solvendis a proximo pascha ad 2 annos; si autem ipsum Nicolaum interim dictum angulum vendere contigerit, ipsum inquam angulum cum attinenciis suis, extunc idem Bernardus propinquior erit ad emendum. Idem etiam Nicolaus stat pro defectu. Intitulacio seu obligacio facta de stabulo prius manebit in suo vigore.

—1186. Relicta Borchardi Somer statuit pueris Hinrici de Vreden 4 bodas suas sitas apud cimiterium b. Virginis pro 30 m.

—1187. Hinricus de Loten et Hermannus Pruce, provisores domus S. Spiritus, de consensu consulum statuerunt Jacobo, filio Jacobi de Wilse, fabricas sitas apud pontem Francorum pro 100 m. d.; terminus solutionis est Johannis.

—1188. Johannes de Mynden statuit Johanni de Vreden suam dimidiam bodam sitam apud Hagedoren pro 100 m. solvendis a proximo pascha ultra ad annum.

—1189. Hinricus Weldeghe statuit Hennekino et Nicolao, fratribus suis, dimidiam hereditatem suam sitam apud Maiores Fratres pro 200 m. d. et stat pro defectu.

Idem 100 m. d. predicto Hinrico in hereditate Bruchusen asscripte pertinent Arnoldo, suo fratri; eidem Ar[noldo] pertinet lapidea hereditas sita apud Maiores Fratres et sic ab invicem sunt separati.

1190. Domina Gesa de Dame et Tidericus filius eius statuerunt Johanni Westval quartam partem hereditatis sue pro 50 m.

—1191. Alheydis relicta Jo[hannis] Hovener, dominus Hermannus et Johannes, filii eius, statuerunt N[icolao] Went quartam partem hereditatis sue pro 19 m. 4 sol. minus solvendis Martini.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1192. Borchardus de Osenbrugge statuit Bertrammo, filio Conradi Travenemunde, bodas suas sitas apud ecclesiam b. Jacobi, in quibus Pistor moratur, pro 46 m. solvendis in proximo pascha.

—1193. Albertus Vette statuit Johanni Hoppen tertiam partem sue hereditatis pro 100 m. solvendis ultra tres annos.

Sed[a]) idem Albertus arbitratus est, quod non debet vendere nec alienare sextam partem sue hereditatis, nisi de consensu Geseken et provisorum eius.

—1194. Hinricus Velgest statuit domine Berten, relicte Alberti Oldenhaghen, hereditatem suam sitam in platea S. Spiritus pro 200 m. 20 m. minus.

—1195. Ludekinus Niger statuit Johanni de Vreden dimidiam hereditatem suam sitam in Longa platea pro 50 m. solvendis infra 2 annos; idem fideiussit pro defectu.

—1196. Hinricus Norweghen tenetur Hermanno Bokelman 7 m. cum dimidia, ratione muri solvendis in proximo Michaelis vel dandum ulterius super f. pasche, quod ius requirit civitatis.

—1197. Machorius Hup statuit Paulo de Saskoping suam hereditatem sitam apud S. Jacobum in platea Clericorum pro 100 m. solvendis in pascha ad 2 annos.

1198. Hermannus de Loninge statuit Helmico de Doren dimidiam bodam suam, in qua Tece moratur, pro 150 m.; et si idem Hermannus eandem bodam vendere voluerit, extunc idem Helmicus propinquior debet esse eandem bodam ad emendum.

A. D. 1336 post Nativitatem b. Johannis Baptiste[b]). [*f. 52a*

1199. Johannes de Dorpen et Gramelowe fideiusserunt Gherardo Langervelt et Stenwech 200 m. et 24 m. solvere in proximo pascha ultra ad annum.

1200. Johannes Eversberch statuit Hennekino Muggenhol quartam partem hereditatis sue pro 40 m.

*1201. Ego Hinricus Badiseren obligor ex meis debitis Johanni Raceborch in 14 libris grossorum et 2 solidis grossorum; de hac pecunia Raceborch defalcabit 14 sol. cum dimidio sol. grossorum.

* Item obligor eidem Raceborch in 8 m. puri argenti minus altero dimidio fertone. Item obligor eidem in 18 m. slavicalium d. solvendis in proximo f. b. Martini ultra ad annum.

1202. Tidericus Travenemunde dedit pueris Conradi Travenemunde 200 m. minus 10 m.; super[c]) hoc promisit idem Tidericus eisdem pueris 100 m., quas dominus Henningus de Pudbusk ipsis pueris in proximo f. b. Martini debet certificare; et cum isto predicti pueri omnes heredes domini Bertrammi dimiserunt omnino ab omni impetitione liberos et solutos.

1203. Hinricus Crudener exposuit totum, quod habuit ex parte Conradi Wisen, et dedit illud Hennekino Wisen.

—1204. Wiba, filia Wittenhagen, habet in hereditate Alberti, fratris sui, 150 m. et est separata ab eodem.

1205. Rixa relicta Elcen statuit pueris Johannis de Demyn suam dimidiam hereditatem sitam in Franckenstrate pro 100 m. d.; terminus pasche.

---

a) Sed etc. *Nachtrag.* b) *Dazu von anderer Hand* gloriosi. c) *von* super *an unterstrichen.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*1206. Johannes Gronehove statuit dimidiam hereditatem suam Nicolao, filio Gherardi Lunenborch, pro 130 m. d. et sic idem Johannes ab eodem Nicolao est separatus racione hereditaria sui patris ipseque Johannes fid[eiuss]it pro defectu.

—1207. Peter de Beke statuit Bertoldo Hoying bodam suam sitam apud dominum Johannem de Dorpen pro 100 m. d., quam cum voluerit redimere, potest.

—1208. Lemmeke Munter statuit sextam partem hereditatis matris sue Everardo et Ni[colao], fratri suo, pro 100 m. solvendis ad annum et satisfacient civitati pro collecta. Lemmeke[a]) Munter statuit e converso matri sue sextam partem hereditatis sue.

—1209. Leffard de Wiberg[b]) statuit eisdem suam dimidiam hereditatem pro 100 m. solvendis in Nativitate Cristi ultra ad annum.

1210. Relicta Ni[colai] Wittenborch statuit Johanni Westerso bodam suam sitam in Macellis in Nova Civitate pro 8 m. 8 sol. solvendis in proximo Michaelis.

—1211. Johannes et Gherardus fratres dicti Lindowe emerunt dimidiam hereditatem suam sitam apud Ludolfum Woken a Gherardo Ossenrey. Predicti Johannes et Gher[ardus] statuerunt totam eandem hereditatem Arnoldo, filio sororis scilicet eorum, pro 150 m. d. slavicalium.

—1212. Johannes Morrian statuit Jacobo, filio Jacobi de Wilsen, 2 hereditates suas sitas in pl. Piscatorum pro 200 m. d.

1213. Relicta Bruchusen statuit Johanni Griphenberch bodam suam sitam ante Semelowedor pro 100 m. d. solvendis a proximo Michaelis ad 2 annos.

1214. Marquardus Textor statuit Johanni quartam partem bode sue pro 2 m. et 16 d.

1215. Gher[ardus] Lindowe dimisit Johanni Snellen,[c]) fratri suo, totum ortum suum situm extra Vranckendor.

—1216. Hinrikus Papeke fideiussit Heynoni Pels pro eo, quod non sustinebit aliquas monitiones pro 33 m. 5 sol. 4 den., quas dedit Woltorpeschen et eius filio.

1217. Brant optinet totum, quod Tidericus Albus habuit in hereditate sua.

—1218. Jo[hannes] Westval institor statuit pueris suis, Bertrammo et Talen, 2 bodas sitas apud Fratres Maiores pro 50 m. ex parte matris eorum.

1219. Elerus de Sund et Greta, uxor sua, et eorum heredes assignaverunt Lodowico, filio Lodowici, 150 m. ex prompcioribus bonis sufferendas.

—1220. Duseborch statuit Arnoldo Snelle dimidiam bodam suam dimidiam pro 100 m. d.; sed idem Duseborch satisfaciet pro collecta.

—1221. Vicko de Witowe statuit fratri suo, Johanni de Ruya, dimidiam hereditatem suam pro 80 m. d.

*1222. Hinricus Brakele et Nicolaus, privignus eius, statuerunt suam dimidiam hereditatem, que fuit quondam Longi Nicolai, sicut sita est, Jacobo, filio Copeken, fusoris ollarum, et Andree Vinkendal pro 60 m. ad 2 annos solvendos.

---

a) Lemmeke etc. *Nachtrag.* b) *im Text durchstrichen* Husarm; de Wiberg *darunter geschrieben.* c) Snellen *übergeschrieben.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

A. D. 1336 post Martini. [*f.* 52 *b*

—1223. Johannes Went statuit Jordano Vogen hereditatem suam sitam apud Dotem Sloronis [a]) pro 100 m. et 17 m. d. solvendis a proximo f. b. Nicolai ad annum. Hanc obligacionem fecit idem Johannes pro Nicolao Viriz et Petro Bolensone, qui eandem hereditatem tenentur libertare.

—1224. Leo et Johannes Wicberni dimiserunt domino Tiderico Scele 8 [b]) m. red. in boda sua sita in Bodendor. [c])

—1225. Hinricus Bocholt statuit Johanni Kusfelt hereditatem suam sitam in platea S. Spiritus pro 120 m. d.

—1226. Hinricus Keding concessit Nicolao Viriz dimidiam hereditatem suam sitam in Longa platea apud Johannem Bagwerk, qui Nicolaus eamdem dimidietatem statuit Laurencio Rockut pro 50 m. solvendis in proxima Nativitate Domini ultra ad annum.

—1227. Lephardus Simerstor[p] statuit Johanni Hoppe bodam suam sitam ante Franckendor pro 60 m. d. solvendis infra 3 annos.

1228. Johannes Tonagel statuit Wulf de Brema dimidiam hereditatem suam, in qua moratur, pro 50 m. d.

—1229. Herman Cippel et Detmarus de Bard statuerunt Elisabeth Bukes dimidiam hereditatem sitam apud cimitorium b. Virginis pro 40 m. d. solvendis infra 4 annos.

—Herman Cippol et Detmarus de Bard statuerunt Bertoldo, filio Bertoldi de Grimme, dimidiam hereditate[m] suam sitam apud cimiterium b. Virginis pro 35 m. solvendis a proxima Epiphania infra 2 annos; super defectum promisit Hermannus Albus.

1230. Segefridus statuit pro Sulislao, famulo suo, Geseken et Taleken pueris Egberti Nigri dimidiam hereditatem suam sitam in Papenstrate pro 40 m.

*1231. Ni[colaus] Grelle statuit domino Bernardo de Vreden [d]) hereditatem suam sitam in Franckenstrate pro 60 m. solvendis a proximo f. Nativitatis Domini ad annum; idem Ni[colaus] Grelle fideiussit pro defectu, ita videlicet, quod, si in predicto termino huiusmodi pecunia soluta non fuerit, extunc idem Ber[nardus] dictam vendat hereditatem suam inde pecuniam recepturus et, si defectus fuerit, illum predictus Ni[colaus] tenebitur adimplere. Actum a. D. 1337 circa Purificationem b. Virginis.

1232. Jo[hannes] Mercel statuit Johanni Kosfelt dimidiam hereditatem, que fuit Beggerowen, pro 50 m. d.

—1233. Johannes et Gerardus, filii Frederici, statuerunt pueris Alberti de Sutfelde dimidiam hereditatem suam sitam apud Maiores Fratres pro 20 m. d.

—1234. Hinricus Langhedorp dare tenetur Gher[ardo] Leoni singulis annis 5 m., sc. in f. b. Martini $2^1/_2$ m. et $2^1/_2$ m. in pascha de dimidia curia, que fuit domini Wicberni; tantum dabit s[ing]ulis [annis] [e]) de altera dimidia curia et Ger[ardus] Leo cum suis heredibus potest et debet licite hos redditus expignerare de predictis et de possessione eorundem.

---

[a]) a. D. S. *über dem durchstrichenen:* in Verstrate. [b]) 8 *übergeschr.; im Text durchstr.* 5. [c]) *hinter dem durchstrichenen* Verdor. [d]) *Hds.:* Vredem. [e]) *Hds.: nur* sulis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

—1235. Voge Cistifex statuit Paulo de Wesel [a]) hereditatem suam sitam in platea S. Spiritus pro 100 m. d. solvendis a proximo pascha ultra ad annum.

1236. Wendel, soror Alardi de Brema, recepit a relicta eiusdem Alardi 12 m. d. et dimisit ipsam ab omni inpetione liberam penitus et solutam; super hiis ne iterata monitio oriatur, Hennekinus de Gelleren pro predicta Wendel fideiussit.

1237. Bertoldus Tholeman statuit Metteken, filie sue, hereditatem suam sitam in opposito domini Sloren pro 40 m. d.

—1238. Dominus Segefridus statuit Vickoni de Ekecen hereditatem suam sitam in pl. Clericorum apud Bomscheter pro 168 m. solvendis in proximo f. Purificationis b. Marie. Actum die b. Scolastice virginis *(Febr. 10.)*; hanc hereditatem idem Segefridus pro domino Johanne de Pudbusk et Tecen, suo fratre, obligavit.

—1239. Wederholte statuit Jo[hanni] Cluver suam hereditatem sitam in pl. Monachorum pro 50 m. [b]) solvendis dimidietatem in proximo b. Jacobi, residuam dimidietatem Michaelis.

—1240. Godeke Cultellifex statuit suam hereditatem sitam in pl. Penesticorum pueris suis, Johanni et Mechtildi, pro 30 m. d.; quibus pueris ministrabit necessaria, quam diu habet sub se 30 m. predictas [c]).

—1241. Giso faber statuit Johanni Hoppe hereditatem suam pro 24 m. solvendis in proximo f. Nativitatis Cristi pro pignore exsequuto.

—1242. Bullenclot statuit Johanni Hoppe hereditatem suam sitam in pl. Francorum pro 40 m.

A. D. 1337 in medio quadragesime. *[f. 53 a*

1243. Gherburgis, uxor Bertoldi de Monasterio, obligavit et statuit Tiderico Albo, Johanni Wismer, Marquardo Burowe et Wittenhagen, genero suo, integram hereditatem suam sitam in Longa pl., in qua tamen obtinent pueri Hinrici Ruffi 100 m. d., et omnia alia bona sua, quaecumque fuerint et ubicunque constituta, pro 500 m. sundens.; quas dicti quatuor nunciis Marscalci de Skania pro liberacione dicti Bertoldi exsolvere infra tres septimanas post pascha promiserunt.

*1244. Johannes Wicberni concessit Thiderico Travenmunde, Loweken et Johanni Semelowe dimidiam hereditatem suam sitam apud Fratres Minores, quam possunt statuere et inpignerare pro suis debitis et idem Johannes ipsis predicere debet circa sex septimanas, quando camdem dimidiam hereditatem rehabere voluerit; extunc predicti tres eandem hereditatem sibi et suis heredibus reordinabunt eidem Johanni et suis heredibus expedite et reddent ipsum et suos heredes solutos et indempnes.

—1245. Thidericus Travenmunde, Lowe et Jo[hannes] Semelowe statuerunt predictam dimidiam hereditatem cum 2 iugeribus Tilseken, filie Conradi Albi, et eius tutoribus pro 350 m. et 10 m. solvendis a proximo f. b. Martini ultra ad 2 annos.

---

a) *Von* Wesel *an durchstrichen und übergeschrieben:* Saskoping tres partes hereditatis sue site in platea S. Spiritus pro 100 m. d. solvendis a proximo pascha ad annum. b) 50 *in* 60 *geändert und nachgetragen:* sed in proximo b. Michaelis pro pignore executo. Actum 38 post f. Cristi. c) *Hdsch.* predictis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

—1246. Petrus Glasecop statuit Johanni Westerso hereditatem suam sitam in pl. Francorum in opposito domini Tiderici Albi pro 50 m.

1247. Johannes Sump statuit Johanni Westerso iuger unum pro 7 m. d., quod positum fuerat Tidemanno Calsowe; qui Johannes Westerso si eodem iugere privatus fuerit, extunc easdem 7 m. in hereditate dicti Johannis Sump debet invenire.

—1248. Wernerus Horneman et Hennekinus Weytenhagen statuerunt Hinrico Vricken hereditatem suam sitam in Tribusestrate pro 22 m. solvendis in proximo futuro pascha. Actum post pascha.

—1249. Lephardus Simerstorp statuit Godekino Lentsan duas areas sitas in Morderstrate cum duobus iugeribus pro 20 m. solvendis a proximo pascha ad 2 annos. Actum ante pascha; et quando vendi debent dicte aree, extunc idem Lentsan proximior esse debet eas ad emendum.

1250. Hinricus Scele dedit Johanni Bertrammi Witgherwer hereditatem sitam in Lobushagen.

1251. Johannes Richardi separatus est a Johanne, filio suo, taliter, quod idem Johannes patrem suum et matrem et omnes sorores et fratres suos dimisit liberos et solutos ab omni porcione hereditaria.

*1252. Domini consules dimiserunt pueris Crudener genitis per Gobeken, secundam uxorem suam, 25 m. red. singulis annis in f. b. Martini percipiendos expedite in macellis sive domo pistorum pro 250 m. d.; quos tamen redditus domini consules, cum voluerint, pro dicta pecunia redimere possunt.

—1253. Dominus Hinricus Badiseren statuit Johanni Badiseren, fratri suo, stupam suam ante Semelowedor et bodam suam, in qua Gerlacus moratur, pro 100 m. sundens. den.

1254. Stolte Marquart statuit Johanni Brunswik carnifici bodas suas sitas apud scolas b. Jacobi pro 30 m. solvendis a proximo f. b. Martini ultra ad annum; quod si non fecerit, extunc dicte bode ipsius Johannis legitima empcio permanebunt.

1255. Jacobus et Hermannus Stenhaghen statuerunt Wolborto dimidiam hereditatem suam sitam in Bodenstrate pro 300 m. d.

—1256. Relicta Gotfridi de Loten statuit puero Reymari Wattenscede terciam partem hereditatis sue site in pl. Piscatorum pro 10 m. d.

Has 10 m. exposuit Johannes Westerso propter, quod relicta eiusdem Reymari et ipsius heredes ipsum ab omni inpeticione dimiserunt liberum et solutum.

1257. Lambertus Sutor habet in muro Ludberti Ketelboter 8 sol. red. pro 6 m. scilicet quolibet quartali anni 2 sol.

1258. Antiquus Cippeken statuit Johanni et Gerardo, pueris Gerardi Lunenborch, tres bodas suas pro 50 m.

—1259. Gherburgis, relicta Havercamp, statuit filie Havercamp, privigne sue, suam hereditatem pro 40 m. solvendis in f. b. Martini.

—1260. Tideman Dene habet in muro Nicolai Sevemaker 12 sol. red. pro 9 m. sublevandis singulis festis pasche.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1261. Nicolaus Schulte statuit Johanni Kowelin quartam partem sue hereditatis site in Longa platea pro 30 m. solvendis a proximo pascha ultra per 3 annos.

1262. Henneke Dene dimissit Talen Bracklen et eius pueros ab omni impeticione liberam et solutam et suos tutores.

A. D. 1337 circa Nativitatem b. Johannis. *[f. 53b*

—1263. Nicolaus de Stade statuit Hennekino Riben suam hereditatem pro 40 m.

—1264. Jo[hannes] Friso statuit Albo Bernardo dimidiam hereditatem suam sitam apud Reynekinum Cerdonem pro 70 m.

o 1264a. .... *Kůsvelt* habet 43(?) m. in hereditate Hermanni Doring R . . .

—1265. Jo[hannes] de Ruya habet in hereditate fratris sui Vickonis 130 m. d.

—1266. Cuter Volveshagen statuit primis pueris Roscen suam hereditatem dimidiam apud Maiores [Fratres] pro 40 m. et fi[deiussit] super defectum.[a])

—1267. Hermanus de Brema statuit pueris suis, quos sibi genuit Greta uxor sua, dimidietatem hereditatis sue site in Tribusestrate pro 60 m.; in qua hereditate si defectus fuerit aliqualis, ille de paratioribus bonis eiusdem Hermanni debet inpleri.

1268. Bertoldus Hoging et Scottorp statuerunt puero Jacobi Wilsen hereditatem, que fuit Lamberti de Roden, pro 100 m. d. solvendis in f. Nativitatis b. Johannis Baptiste.

—1269. Hinricus Pomeren statuit Strus dimidiam hereditatem suam sitam in pl. Francorum pro 100 m. d.

—1270. Johannes Kowelin statuit pueris fratris sui Egberti hereditatem suam sitam in pl. Clericorum pro 50 m.

—1271. Richardus Travenemunde statuit Johanni Koldehove bodam suam sitam apud valvam platee S. Spiritus pro 50 m. solvendis infra 3 annos.

—1272. Petrus[b]) de Beke statuit Johanni de Dorpen bodam suam sitam apud eundem Johannem pro 100 m. d.; quam, cum voluerit, redimere potest.

— Gherardus Nyemborch statuit domino Johanni de Dorpen hereditatem suam sitam in pl. S. Spiritus pro 3 libris grossorum Turonum solvendis in Nativitate Cristi.

1273. Gherardus de Minda assignavit Hinrico, filio suo, 600 m. d. in paratioribus bonis suis ratione bonorum hereditariorum sue matris. Idem recognovit se cum Greta uxore sua 600 m. d. pro dotalicio[c]) recepisse; quas si ambo heredem non procreaverint, eadem Margarete in hiis hereditatibus, scilicet in hereditate fratrum de Semelow in Verstrate[d]) 300 m. d., in hereditate in Semelowestrate, que fuerat eiusdem Margarete, 200 m. et in hereditate Arnoldi Crane 100 m., prout hee hereditates sibi scripte sunt in hoc libro pro predicta pecunia, assignavit.

—1274. Voghe Cistifex statuit Nicolao et Johanni, filiis Johannis Buk, quartam partem hereditatis sue site in pl. S. Spiritus pro 50 m. d. solvendis a proximo festo Nativitatis b. Marie ad annum.

---

a) solis videlicet Tilzeken et Ludeken *Nachtrag.* b) *vorher durchstrichen* Johannes de Dorpen. c) pro dotalicio *übergeschrieben.* d) in Verstrate *übergeschrieben.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

—1275. Bertoldus Hogeng statuit Godekino Wickede suam dimidiam hereditatem sitam in Bodenstraten, in qua moratur, pro 250 m. d., residuam dimidiam hereditatem statuit Thi[derico] Lusco, Thi[derico] de Dorpen et Jacobo Lusco pro warrant et ortum . . . [a])

—1276. Joh[annes] Dorpen habet $2^1/_2$ m. red. pro 30 m. ratione muri in hereditate Titlevi Went. Dies Nativitas Cristi, donec redimere potest.

—1277. Martinus Faber statuit relicte Simonis de Cippeke et eius filie hereditatem suam sitam in Hokenstrate pro 40 m. d.

—1278. Conradus Luneborch et Ghesa Borsinesche, sua mater, statuerunt Ghesen, filie Johannis de Semelowe, duas bodas suas sitas in Pumperstrate pro 40 m. d. et ipsi filius et mater promiserunt pro defectu.

1279. Johannes Lucke statuit Hinrico et Hennekino, filiis Jacobesdorp, hereditatem suam sitam in Tribusestrate apud Hedeschen [b]) pro 35 m.

—1280. Hinricus Susowe statuit Hincekino Langedorp molendinum suum situm in Frankendam pro 20 m.

—1281. Dominus Gher[ardus] Langedorp concessit Ludekino Westval hereditatem suam sitam in angulo prope Novum Forum, qui Ludekinus obligavit eamdem Geseken, sorori sue, pro 100 m. d.

—1282. Johannes Thonagel concessit Ludekino Westval dimidietatem hereditatis sue, in qua moratur; qui statuit et obligavit eandem Geseken, sorori sue, pro 50 m. d.

—1283. Conradus Bowman concessit Ludekino Westval dimidiam hereditatem suam sitam in Knepestrate, qui obligavit eandem sorori sue Gheseken pro 50 m. d.

—1284. Statius statuit Gherbordo de Haren suam dimidiam hereditatem, que Hermanni Ruffi, pro 60 m. Ertmaro, filio Hermanni Ruffi, pertinet residua dimidietas predicte hereditatis. [c])

—1285. Jo[hannes] Scelehorn statuit Hennekino et Gherardo, filiis Luneborg, quartem partem sue hereditatis pro 60 m. a festo Cristi ad annum.

A. D. 13[3]7 post Martini. *[f. 54a*

—1286. Senior Cippeke statuit Ruffo Petro quartam partem sue hereditatis pro 50 m.

—1287. Idem Cippeke statuit pueris Gerardi Lunenborch aliam quartam partem hereditatis sue pro 80 m. Idem stat pro defectu. Terminus 2 annorum.

—1288. Evert Wulveshagen statuit Engelkino de Dalviz quartam partem hereditatis sue pro 150 m. d.

—1289. Johannes Tolner cum consensu uxoris sue statuit Tiderico de Dorpen suam dimidiam hereditatem pro 80 m. d., quam paulatim per 10 vel 20 m. solvere potest.

—1290. Thi[dericus] de Clutze statuit Jo[hanni] Voghet de Tribusez hereditatem suam sitam in pl. Molendini pro 100 m. et 32 m. solvendis 32 m. in proximo [f.] b. Martini et 100 m. ultra ad annum in f. b. Martini pro pignere executo.

---

[a]) *wohl nicht beendet.* [b]) in Tribusestrate apud Hedeschen *über dem durchstrichenen* Blidenstrate. [c]) *Dazu folgender Nachtrag:* Idem Statius solvit 42 m. minus 3 sol. Petro de Sale 15 m., Cruden[er] 10 m. Vogelere 2 m. et 3 sol. et 6 sol. minus 15 eodem Gherborto.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

*1291. Jo[hannes] Emeke statuit Bertoldo, filio Bertoldi de Grimme, dimidiam hereditatem suam, in qua moratur, pro 50 m. d. solvendis in proximo pascha ultra ad annum.

1292. Illud quod Hinricus de Cippeken filie sue Tilsen in suo testamento assignavit, hoc totum habere debent pueri eiusdem Tilsen, sc. Hermannus ac Hinricus, et debet eorum permanere. Hec sunt bona illa: curia, que pertinebat Bullencloth; item dimidia curia, quam habet cum Jo[hanne] Tolner; item curia, que Vedder pertinebat; item dimidia curia, quam habet cum Gherardo Langedorp; item curia, que dicitur Withof. Item agri, qui fuerunt empti a Frederico Elcingeborch; item dimidia sartago, cuius dimidietatem habet Dethardesch.

—1293. Alheydis, relicta Johannis Hovener, Hermannus sacerdos et Johannes, filii eiusdem, et eorum heredes statuerunt domui S. Spiritus hereditatem suam sitam in angulo in Papenstrate pro 80 m. d.

—1294. Junior Hermannus Vrackel statuit Bernardo de Vreden quartam partem hereditatis sue site in Longa platea, que fuerat Buk, pro 20 m. d. solvendis in proximo f. Cristi ultra ad 2 annos pro pignore exsequuto.

—1295. Detmarus Atcheri statuit Hinrico Hundertmark suam hereditatem pro 100 et 60 m.

—1296. Timmo de Buga statuit quartam partem hereditatis sue Engelkino Dalviz pro 100 m. d.

1297. Pueri Crudener, geniti per uxorem Johannis de Rode, habent 50 m. in boda una in teatro Nove Civitatis, que 50 m. fuerunt filie Hermanni Kalsow, que boda redimi potest pro 45 m.

1298. Elisabet, relicta Wolteri Munter, et Hermannus Meppen, provisor eius, statuerunt Tidekino, genero Segefridi, tertiam [a]) partem hereditatis sue lapidee pro 100 [b]) m. et sue uxori et pueris [c]).

1299. Lemmeke Munter statuit matri sue 7 m. red. in Poplevitse.

—1300. Henneke Niger statuit filie sue Taleken, quam genuit filia Bartman, quartam partem hereditatis sue site in Franckenstrate pro 50 m. racione hereditatis sue matris.

—1301. Nicolaus Calvi Petri statuit Bernardo de Vreden, quartam partem anguli sui siti retro eumdem Bernardum pro 16 m. d. et 7 sol. et quod ultra conputare poterit; solvendum ad . . [d]) septimanas. Actum die b. Agate virginis (*Febr. 5.*).

—1302. Wismer statuit Jo[hanni] Voghet suam dimidiam hereditatem pro 100 m. 24 m., solvendis in proximo [f.] b. [*Martini?*] [e]) ad annum pro pignere executo.

—1303. Henneke Kumerowe statuit Hermanno Cumerowe hereditatem suam sitam in Tribusestrate pro 59 m.

—1304. Bertoldus Hoying statuit Bertoldo et Mecthildi, pueris Hermanni Albi pie memorie, suam dimidiam hereditatem sitam in Bodenstrate pro 250 m. d. ad solvendum [f]) in proximo pascha ultra ad annum pro pignere executo.

---

a) tertiam *durchstrichen;* sextam *übergeschrieben.* b) *Zahl radiert* (400 ?); 100 *übergeschrieben.* c) et sue uxori etc. *Nachtrag.* d) *Zahl fehlt.* e) *Der Name fehlt.* f) *Hds.:* solvendam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1305. Wobbe et Abele, filiae eius, statuerunt Johanni Segher suam dimidiam hereditatem pro 60 m. solvendis in proximo pascha ultra ad annum.

1306. Bertoldus Soltwe[de]le statuit filio fratris sui suam hereditatem, in qua moratur, pro 100 m. d.

—1307. Peter Glasecop statuit Thidekino de Brema suam hereditatem sitam in Vrankenstrate pro 100 m. $4^1/_2$ m. solvendis a pascha ultra ad 2 annos.

*1308. Thi[dericus] de Clutze statuit Gher[ardo] Storcowe 8 iugera sita apud Holenbeke pro 60 m. pro pignere executo et fideiussit super defectum Dies b. Martini.[a])

A. D. 1338 ante[b]) f. pasche. [f. 54b

*1309. Scramme statuit Crul de Sale terciam partem hereditatis sue in Blidenstrate sitam pro 18 m. d., et si vendere eum contigerit, idem Crul pro vendita pecunia optinebit.

—1310. Nicolaus de Staden statuit Hinrico de Baart suam hereditatem dimidiam pro 40 m. solvendis in proxima pascha.

*1311. Nicolaus Cale Petri statuit Bernardo de Vreden 2 partes sui ortonis vel sui anguli sitas in pl. Francorum retro eundem Bernardum pro 60[c]) m. d. a proximo pascha ultra ad annum solvendis pro pignore exsequuto cum suis attinenciis et nichil optinebit in eodem angulo nisi terciam partem et si medio tempore ipsum vendere contigerit, predictus Bernardus erit propinquior eidem emptioni.

Item Thi[dericus] Bertoldi Albi optinet in tercia parte eiusdem anguli 5 m. et 4 sol. solvendos in proximo pentecostes. Quod si non solverit, erit suum pignus exsequutum.[d])

—1312. Volquinus Lendershaghen statuit suam domum anone, sitam in Blidenstrate Alberto Wittenhaghen pro 32 m. pro pignore executo solvendis in proximo f. b. Martini; Henneke Cumerow solvit dimidietatem.

—1313. Relicta Gropen statuit Marquardo de Demin pistori suam dimidietatem domus in Longa pl. pro 30 m. solvendis a proximo pascha ultra ad 4 annos.

1314. Wolbertus statuit pueris suis ratione hereditatis matris eorum 2 bodas sitas apud Institores et unam bodam sitam in Oltbuterstraten pro 6 m. d.

*1315. Thideman de Clutze statuit Jo[hanni] Voghet suam hereditatem pro 100 m. 32 m., solvendis triginta duas m. in proximo f. b. Martini, residuas 100 m. ultra ad annum in eodem f. pro pignere executo.

—1316. Johannes Richenberch pistor statuit Hermanno Dorinc, matri sue et fratribus suis quartam partem hereditatis sue pro 50 m.

1317. Nicolaus Hoveman statuit suam bodam pro 32 m. Johanni Cosvelt.

1318. Bertoldus Soltwedele statuit Tiderico filio fratris sui hereditatem suam, in qua moratur, pro 100 m. d.

—1319. Relicta Wiberch statuit suam hereditatem Hinsekino Muggenhol pro 60 m.; quando separari voluerit, unus alio predicet dimidio anno.

---

a) *Am unterm Rande rechts Stilprobe:* Johannes dei gratia comes. b) ante *über dem radierten* post. c) *Verbessert aus* 70. d) Quod etc. *Nachtrag.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1320. Hinricus Rupesdorp funifex statuit terciam partem sue hereditatis filio fratris sui Johanni pro 90 m.

*1321. Martinus Straceborch demonstrat et dat Hermanno suo filio pro hereditate sue matris dimidietatem de 3 partibus domus curie integre ac stupe, que pertinebat suo patri; preterea in quarto quartali habet predictus Martinus et suus filius Hermannus $7^1/_2$ m. et 100, quas exposuerunt pro domina Ricken, sorore Martini. Item Martinus et suus filius perfruantur predicto quartali, donec predicta pecunia eis persolvatur; persoluta vero pecunia a domina Ricken, dimidietas predicte pecunie Hermanno, meo filio, in redditibus convertatur. Item addo meo filio ego Martinus $11^1/_2$ iugerum dimidietatem et condono; quorum iugerum iacent $7^1/_2$ in campo Voghelsanc et 4 iugera in campo Bucow. Ego Martinus maneo tutor mei filii, donec veniat ad annos discrecionis.

1322. Nicolaus Calvi Petri statuit Bernardo de Vreden 2 partes sui anguli sitas in pl. Francorum retro eundem Bernardum pro 60 m. d. a proximo pasca ultra annum redimendum aut manet pignus exsequutum cum suis attinenciis et nichil optinebit in eodem angulo nisi terciam partem; et si interim ipsum vendere contigerit, predictus Bernardus propinquior erit emptioni eiusdem hereditatis.

A. D. 1338. [*f. 55a*

—1323. Tale uxor Stamer Alberti statuit suam hereditatem, in qua moratur, circa Budden turrim Greten, filie Hermanni Defolt, pro 30 m. in proximo festo pasche redimendam; quam si non redimerit, licite potest vendi.

—1324. Thidemannus Soltwedele statuit dimidietatem sue hereditatis sitam in pl. Nunciorum Stephano, fratri Johannis Voghet, pro 150 m. de proximo festo b. Martini ultra annum redimendam pro pignore executo.

—1325. Ecbertus Westfal statuit Ermaro Grotebrot suam bodam sitam circa transitum cimiterii pro 150 m. ad f. s. Michahelis ultra annum redimendum pro pignore executo.

—1326. Henneke Witte statuit Willekino Penestiko suam bodam pro 35 m. iuxta cimitorium sitam.

1327. Mertenshaghen statuit suam curiam cum omnibus attinentiis suis domino Gherardo Leoni pro 150 m. in 4 annis redimendis, quando sibi placet.

—1328. Herbordus Penesticus statuit suam dimidiam bodam, in qua moratur, sue filie Tilseken pro 30 m., quas optinebit in eadem, quousque suis tutoribus utilius videatur.

—1329. Volquinus Lendershaghen statuit Johanni Snellen suam hereditatem sitam apud Novum Forum pro 200 m. a f. s. Johannis transacto proximo in tribus annis redimendam; statuit circa Margarete (*Juli 13.*).

—1330. Hinricus Badysren statuit Johanni Snellen domum angularem suam sitam iuxta Cnepesdor, in qua moratur pistor nomine Bertoldus, pro 150 m. a f. s. Johannis Baptiste statutum.

—1331. Dominus Thidericus Stenhus presbiter et suus gener, Lefardus Simerstorp, statuerunt pueris Hermanni Albi lapideam domum eorum sitam in pl. Francorum pro 200 m.; quando pueri rehabere volunt eorum pecuniam, predictis quartale unius anni predicent.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1332. Tideke Stenhus statuit pueris Hugen, liberis sororis uxoris Suanken, suam dimidiam hereditatem pro 50 m. sitam in pl. Francorum retro hereditatem Borchardi Somer de f. Assumptionis s. Marie ultra annum redimendam.

—1333. Kristina, filia Borchardi Brincwat, habet in domo sui patris 100 m., quae possunt redemi in 4 annis; alia omnia bona optinent alii pueri.

—1334. Hinricus de Mukes statuit suam dimidietatem domus sitam in pl. Francorum pueris Hermanni Lukken pro 40 m.

—1335. Johannes de Revele habet in muro Hennekini Bullenclot 14 m., de quibus facere tenetur id, quod ius est civitatis; actum in f. s. Johannis anno supradicto.

*1336. Nicolaus Ratgheve et sua uxor, domina Lyse, habere debent in hereditate Nicolai Massun 20 m. redditus temporibus sue vite site iuxta Antiquum Forum; mortuo uno alter optinebit predictos redditus temporibus sue vite; mortuis vero ambobus quandocunque Nicolaus predictus Massun 50 m. sundens. dederit claustro Ribbeniz S. Clare, hereditas sua libera permanebit post mortem amborum.

1337. Hinricus de Brakle dedit sue filie Wobben dimidietatem tertie partis sui anguli, in qua moratur, qui fuit Longi Nicolai.

—1338. Hinricus Badiseren statuit fratri Johanni Badiseren sua bona omnia, que habet in villa Dameniz, pro 800 m. Lubic.

—1339. Hinricus Badiseren statuit Johanni, suo fratri, et suis heredibus bodam, in qua Gherlacus moratur, pro 250 Lubecensium den. marc.

—1340. Willekinus Cuprifaber statuit suam dimidietatem domus Jones, Niclis, Coles, servis pro 200 m.; quando redimere velit, predicet dimidium annum; Thidemannus Friso fi[eiuss]it consulibus[a]) satisfacere pro re civitatis.

—1341. Willekinus Cuprifaber tenetur suis natis a Ghesen sue uxori 20 m. et 100 ex eius promptioribus bonis et vocantur Henneke et Gheseke.

—1342. Hermannus Dartzowe statuit suam dimidietatem hereditatis Minten, sorori Arnoldi de Swolle, pro 150 et 10 m.

—1343. Swen Hals habet in dimidia boda Herbordi penestici 20 m.; Hinricus de Senkere satisfacere fid[eiuss]it pro collecta.

1344. Willekin Selghe statuit 3 quartalia sue hereditatis suis pueris, Johanni et Taleken, pro hereditate matris de hereditate circa angulum sita ex opposito advocati Wesent.

—1345. Bertram et Vulveke Vulflam statuerunt dimidietatem hereditatis[b]), in qua moratur Mauritius, pro 100 m. et 20 Johanni Longo de Blekinghen; in quolibet f. s. Martini predicti Bertram et Vulveke redimendi habent liberam facultatem.

*1346. Hince Pape concescit Dubbslavo Smanteviz suam dimidiam hereditatem, in qua moratur Arnoldus Gholdenstede, in pl. S. Spiritus, quam statuit Hincekino Colberch pro 100 m. in f. s. Nicolai redimendam ultra annum; quod si non fecerit, secundum ius pignoris procedet.

---

a) *Hds.:* conlubibus. b) dimidietatem *übergeschr.;* hereditatis *aus* hereditatem *geändert.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

—1347. Uxor Vicconi[s] de Wittow statuit in sua hereditate Wichmanno reddituum 24 sol., quos potest redimere pro 18 m., ad quodlibet f. s. Johannis sustulendum.

o 1348. Righardus Travenmunde statuit . . . [a])

—1349. Brant statuit suam dimidietatem hereditatis, sitam in pl. Nunciorum pro 100 m. de Nativitate Domini ad annum redimendum, Johanni Longo de Blekingen.

A. D. 1338 circa Nicolai *(Dez. 8.)*. *[f. 55 b*

—1350. Richardus Travenemunde statuit suas bodas ante valvam S. Spiritus pro 60 m. Johanni Longo de Blekinge; quidquid autem civitas in eis habet, volunt esse innegligentes.

—1351. Henneke, filius Sclutow, statuit Hinrico Pomerenen suam dimidietatem domus sitam circa S. Jacobum pro 60 m.

*1352. Hinricus Badysren statuit suam stupam provisoribus Gherwini Storcowen, videlicet domino Hermanno Papenhaghen, Conrado et aliis, pro 200 m., sitam inter Semelowen valvam et Nunciorum, ad redimendum ultra annum in octava Epiphanie. Quod si non redimerit, manet ipsorum empta empcio. Actum a. D. 1339.

—1353. Albertus Hovener habet in muro Henneken Groten 10 m.

*1354. Hinricus de Mukes statuit uxori domini Hinrici de Cippeken suam domum granariam, sitam inter Blidenstrate et Tribezeschestrate, pro 40 m. redimendam in Nativitate Domini ultra annum aut manet pignus exsecutum.

—1355. Gherardus Kanemaker assignavit suis pueris genitis a filia Martini Calsowen 1000 et 600 m. ex suis bonis promcioribus.

—1356. Domina Ghese Helmstedesche[b]) statuit suam hereditatem Boyen Linicide sitam in pl. Piscatorum pro 18 m., de quibus dabit annuatim Boyen 24 sol. Quando dabit ei 18 m., red. expirabunt.

—1357. Hinric Longus statuit suam dimidietatem domus Alberto Witten pro 50 m. sitam in pl. Longa ad 2 annos redimendam aut manebit sua empta empcio.

—1358. Relicta Nicolai Wittenborch statuit Parvo Bernardo dimidiam suam hereditatem pro 11 m. ad f. pentecostes redimendam inperplexe sitam in Blidenstrate.

—1359. Everardus Vulveshaghen statuit quartam partem sue hereditatis pueris Frederici de Nestweden pro 100 m. Actum in f. s. Nicolai (*Dez. 8.*) a. D. 1338.

*1360. Henneke Kerndorp statuit Metten, filie Johannis Papenhaghen, dimidietatem sue domus pro 13 m. red. temporibus sue vite; mortua vero Metten devolvet ad Johannem Kernedorp, suam uxorem et eorum pueros, natos a sorore dicte Metten. Si aliquis defectus fuerit in dictis redditibus 13 m., hunc dictus Jo[hannes] Kerndorp et sui heredes tenentur supplere. In Raveberch platea sita est hereditas.

—1361. Claus Grelle statuit suam hereditatem sitam in Vrankenstraten pro 40 m. uxori Martini de Gnoyen et eius pueris ad f. Nativitatis redimendam proximam.

---

[a]) *unbeendet.* [b]) *Hds.:* Helstedesche.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1362. Hinricus de Werden resignavit uxori sui filii et eius pueris, Berteken[a]), hereditatem angularem sitam in pl. S. Spiritus; in hac optinet dictus Hinricus 14 m. red. diebus sue vite, kemenatam divisam dictam underscoten versus curiam; illam partem eciam optinet cum 2 ibi subiectis cellariis et dimidium viridarium cum uno transitu in curia ad suum comodum eciam diebus sue vite. Mortuo Hinrico de Werden devolvet ad dictam dominam Kunnen, uxorem filii sui, et ad eius puerum[b]) Berteken supradictam tota hereditas.

—1363. Johannes Wren concessit suam dimidietatem domus sitam in pl. Monachorum Johanni Brunswic, suo genero.

Item statuit pueris Johannis Bunt pro 50 m. Omnium Sanctorum redimendam.

1364. Priorissa monialium in Montibus recognoverunt et alie moniales eiusdem monasterii coram consulibus, quod vendiderunt magistro Bertoldo phisico et suo patruo Hinrico 24 m. red. temporibus sue vite ipsis fideliter tenendo, sicut in litteris super hoc confectis continetur.

—1365. Volterus de Gheyne statuit suam dimidietatem domus, sitam in Longa platea, Hinrico Hindenborch pro 40 m. redimendam a f. pasche ultra 2 annos cum consensu sue uxoris.

*1366. Johannes Wren concessit suam dimidiam hereditatem sitam in pl. Monachorum fratribus Everardo et Conrado dictis de Pretze datis eis potestatem plenam ab eo, quod statuerunt Hinrici Rodehosen pueris pro 10 m. et 100 m. ad f. s. Martini proximum redimendum pro exsecuto pignere.

*1367. Heyneke campsor statuit suam domum sitam iuxta Fratres Maiores Lucie, filie Johannis Man, pro 150 m. de f. pasche instanti a. D. 1339 et est de hereditate matris dicte Lucie.

A. D. 1339 in ieiunio. [*f. 56 a*

1368. Copeke Stenhaghen et Hermannus statuerunt Volberto suam hereditatem pro 600 m. sitam in pl. Nunciorum.

1369. Hinceke Langedorp statuit unam suam casam macelli pro 25 m.; quod si defectus in ea fuerit, hunc Gherardus, filius domini Ghe[rardi] Langedorp, promisit Thiderico Albi Bertoldi supplere, quod si tantum non valeret.

—1370. Willeken Selighe statuit Thidekino de Richenberche quartam partem sue domus lapidee site in Papenstrate pro 40 m. et in eadem domo dimidietatem, quam dedit suo filio Nicolao pro 10 m.

—1371. Dominus Seghefridus concessit suam domum Hennigo de Osten sitam in pl. Clericorum ecclesie s. Jacobi propinquius pueris Frederici de Nestweden, quam statuit pro 100 m. et 35 m., quam Hennigus dictus et sui heredes disbrigabunt.

—1372. Claus Maltenhaghen statuit suam dimidiam domum Hennekino Kummerowen pro 60 m. de f. pasche redimendam ultra annum pro pingnore executo; si defectus in ea fuerit, ipsum dictus Maltenhagen supplere promisit.

—1373. Hinceke Langedorp dare tenetur Gherardo Leoni et suis heredibus singulis annis 5 m., sc. in f. s. Martini $2^1/_2$ m. et $2^1/_2$ in pasca, de dimidia curia, que fuit domini Wicberni, et tantum dabunt ei Henneke de Lutzowe et Wolter Pistor de alia dimidietate curie; quos red. dictus Ghert Leo potest licite expignorare de predictis curie possessoribus.

[a]) Berteken *übergeschrieben.* [b]) *Hds.:* puerem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1374. Gherardus Leo statuit 2 bodas Hennekino Branteshaghen pro 100 m., sitas circa Jacobi sancti ecclesiam; mortuo Branteshaghen dicte 100 m. devolventur super uxorem Ghe[rardi] Leonis et eius heredes.

—1375. Thidericus de Dorpen statuit pueris Meynen suam domum minorem pro 150 m., quam concessit domino Hinrico de Osten, ad f. s. Martini instans proximum redimendam.

*1376. Albertus Hovener statuit 1 bodam Reynekino Man, sitam in pl. Penesticorum pro 100 m. Mortuo ipso Reynekino devolvet ad dominam Hebelen, uxorem dicti Alberti, et eius heredes.

*1377. Johannes Went statuit pro domino Johanne de Putbuzc suam hereditatem et pro Petro Balensone, sitam iuxta dotem s. Nicolai ultra aliam domum, Lodwico, filio Rufi Lodwici, pro 150 m. redimendam de f. proximo pasche instanti ultra annum; quam si non redimerit, manet dicti Lodwici empcio eternalis.

*1378. Hinricus Badysren statuit Arnoldo Pedi suam domum sitam inter angulum in Knepestrate et domum, que pertinebat Gherwino Ghodehaven, pro 100 m.; si defectus aliquis esset in ea domo, hunc supplere debet dictus Hinricus et sui heredes.

—1379. Abele, relicta Johannis Westfal, statuit dimidietatem sue domus Johanni de Widen ad manus filie Hincekini clarius dicte Berteken pro 50 m. redimendam a. f. pasche proxime instanti ultra 3 annos, que sita [est] iuxta domum Hermanni Perlement.

1380. Tilse de Gnoyen statuit Conekino, suo filio, quartam partem sue hereditatis sitam in Semelowenstraten pro 60 m.[a]) Idem[b]) Konekinus statuit eandem quartam partem Ditmaro Gramelowen pro 60 m.

1381. Herbordus et Taleke, sua soror, patrem eorum, Herbordum, dimittunt quitum de hereditate sue matris; sed si mortuo patre quid ad eos hereditarie devolvi potest, debent esse inneglecti.

1382. Placitatum est inter uxorem Brot et pueros Lubberti institoris, quod domina idem debet optinere dimidietatem omnium hereditatum, que fuerunt Brot, cum eis quod faciendo quidquid velit; et sic pueri Lubberti et eorum provisores similiter possunt, quod velint, facere cum alia dimidietate hereditatum supellectiliarum et[c]) mantellum mortua dicta uxore Brot filia Lubberti optinebit.

—1383. Everardus de Aken statuit Petro Slutedoren suam dimidiam hereditatem pro 100 m. in pl. S. Spiritus.

—1384. Bernardus Tribezes statuit dimidietatem sue domus Hinrico Westfal pro 20 m.

1385. Bernardus de Borch statuit suam domum sitam in angulo circa S. Jacobum pro 100 m. et 40 m., quas 40 m. relicte domini Cranz[d]) persolvet ad f. pasche proxime venturum ultra annum, sed 100 m. stabunt ulterius per 4 annos.

1386. Petrus de Beke statuit suam bodam domino Johanni de Dorpen stante[m] apud eundem Johannem in medio suarum bodarum pro 200 m. ad f. pasche proximum redimendum aut manet pignus persecutum.

---

a) *Die Zahl radiert.* b) Idem etc. *Nachtrag.* c) *Uebergeschrieben:* dimidietas. d) domini Cranz *nachgetragen.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

—1387. Hinricus Badisren statuit Vicconi de Helsingeborch suam stupam ante Knepesdor pro 150 m. ad f. pasche proximum redimendum. Si vero defectus in ea exstiterit, hunc supplere promisit.

o1388. Johannes Coldehove emit a Johanni de Gnogen . . .[a])

—1389. Hinricus Norweghen statuit Hinrico Brusehaveren suam hereditatem sitam in pl. S. Spiritus pro 26 m. ratione muri, de quo faciet id, quod sit ius civitatis.

—1390. Lefardus Simersdorp statuit 2 bodas sitas in pl. Morderis cum 2 iugeribus pro 16 m. Ludekino, Meynonis Raceborch filio.

A. D. 1339 circa f. pentecostes. [*f. 56 b*

—1391. Gherardus Textor statuit Nicolao Rodehosem suam hereditatem sitam in Blidenstrate pro 15 m.

—1392. Johannes Kostere statuit suam hereditatem sitam in Blidenstrate Johanni Kedinc de Helsingheborch pro 20 m.

1393. Thideman Travenemunde, Johannes Semelowe et Leo statuerunt Tilseken[b]), filie Conradi Albi, dimidietatem hereditatis Johannis Wicberni[c]) sitam apud Fratres Minores, pro 250 m. et 10 in proximo f. b. Martini venturo redimendum. Si vero aliquis defectus in hereditate dimidia prefata exstiterit, predicti tres satisfacere super eo promiserunt.

1394. Margareta, filia Olderoggen, debet habere 7 m. reditus in 3 partibus bode site in Hokenstrate pro hura diebus sue vite, que boda pertinet Hinrico Langedorp et Thideken de Demyn. Item idem Thide[ke] de Demyn eidem Margarete, sue domine, dabit 1 m. red. de eisdem 3 partibus bode dicte. Mortua vero predicta Margareta hereditabit dicta boda suis filiabus. Item Margareta sepedicta in eadem boda optinet mancionem absque mercimoniis exercendis diebus sue vite.

—1395. Martinus Wokenstede statuit Jacobo Ollifici, filio Jacobi Ollificis, quartam partem sue hereditatis pro 50 m. a f. pentecostes ultra 2 annos redimendo.

—1396. Hermannus Ghodowe statuit suam dimidiam hereditatem sitam in pl. Passagii pro 200 m. et 24 m. Berteken, filie Hincekini de Werden, ad f. pentecostes redimendum.

1397. Henneke Lippe, filius Lippen pellificis, dimisit patrem suum quitum et liberum ab hereditate sue matris.

1398. Hinricus Stenhaghen statuit suis pueris natis a filia Hinrici de Cippeken dimidiam domum suam sitam in Papenstrate pro 71 m.

—1399. Henneke Gruwel statuit suam dimidiam domum circa scolas S. Jacobi pueris Martini de Gnoyen pro 40 m. de f. pasche instanti redimendam ultra 2 annos.

*1400. Thidericus Luscus concescit Thiderico Travemunde et Johanni Wesent 12 m. red., qui hos[d]) statuerunt Ditmaro Gramelowen in theloneo infra octavas s. Viti anno supradicto. Hos supradictos 12 m. red. domino Thiderico Lusco

---

a) *unbeendet.* b) Tilseken f. C. A. *am Ende nachgetragen.* c) Joh. Wicb., *sowie darauf folgendes:* que pertinuerat *durchstrichen.* d) hos *übergeschrieben.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

promiserunt disbrigare et liberos reddere predicti Thide[ricus] Travenemunde et Wesent.

1401. Thideke Kuslin statuit Rolen de Havelberghe suam bodam sitam inter Semelowedor et Bodendor pro 70 m.

*1402. Nicolaus Pistor statuit Gheseken, filie Ecberti Cowelin, suam dimidietatem domus pro 30 m.

—1403. Johannes Segere statuit suam dimidiam hereditatem Gheseken, filie Ecberti Cowelin, pro 100 et 10 m. de f. Nativitatis s. Johannis Baptiste ultra 5 annos redimendam.

—1404. Hinricus Badisren statuit pueris Gherekini stupenatoris suam bodam proximam Bertoldi Pistoris ante Cnepesdor pro 35 m.

1405. Role de Havelberghe statuit Ditmaro Gramelowen eandem bodam, quam Thideke Kuslin dicto Rolen statuit, ut prescriptum est, pro 70 m.

—1406. Everardus de Culpe concessit Ludekino de Culpen suam dimidiam hereditatem, quam statuit[a]) Jacobo de Wilsem, filio domini Jacobi, pro 150 m. Actum Johannis Baptiste Nativitatis.

*1407. Ludekinus de Culpe statuit sue sorori suam hereditatem, in qua moratur, apud Fratres Minores, et suam hereditatem in pl. Monachorum, in qua moratur Claus Drammendorp, et hereditatem, in qua moratur Albertus Suderman, in eadem platea et dimidiam hereditatem in pl. S. Spiritus, in qua moratur Strelowesche, pro 1000 m. secundum testamentum sui patris.

—1408. Lefardus Wiberch statuit Ludekino de Culpen duas partes sue hereditatis pro 100 m.: si defectus in eis fuerit, hunc supplere se arbitratur.

1409. Ditmarus Gramelowe posuit murum inter hereditatem Kristine, uxoris Willekini Hundertmarc, et suam in pl. S. Spiritus, pro quo tenetur dicto Gramelowen 6 m.; interim quod dicta domina non murat super dictum murum vel edificat, optinebit casum aque in suam curiam. Solutis eidem Ditmaro 6 m., quando domina velit edificare altius quam iuris est materie dicte glindeshoch, solvere debet et tunc Ditmarus capiet aque casum suum.

—1410. Herman Cipolle statuit Ertmaro Grotebrot suam dimidiam hereditatem sitam apud cimitorium S. Marie pro 100 m. et 10 m.

1411. Hermannus Gherdenere habet in hereditate Helmici in Blidenstrate 25 m. de muro, quem dictus Hermannus inter eos posuit. Idem Helmicus autem ei faciet, quod ius sit civitatis.

—1412. Abele, uxor Johannis Westfal, statuit dimidiam suam [*f. 57 a*] hereditatem Johanni Wobelkowen pro 50 m. de f. pasche ad 3 annos redimendam.

—1413. Willekinus Cuprifaber statuit Ertmaro Grotebrot dimidietatem sue hereditatis site in pl. S. Spiritus pro 200 m. et 20 m.

—1414. Nicolaus Laghe statuit[b]) suam bodam Hinrico Clippiatori pro 100 m. extra Semelowendor sitam.

—1415. Segebode Crispin habet in hereditate Jacobi de Wilsem[c]) 12 m. red. temporibus sue vite; eo mortuo revertentur ad suum fratrem Jacobum de

[a]) *Vor* statuit *durchstrichen:* concessit. [b]) *Vorher durchstrichen:* emit. [c]) Jac. de W. *über dem durchstrichenen:* sui patris.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Wilsem; tempore, quo idem Jacobus non pervenerit ad annos discretionis, Johannes Morrian et Westerso satisfaciant pro collecta; quando venit ad annos discretionis, dictus Jacobus ipsemet pro dictis 12 m. reditibus collectabit.

—1416. Otto de Buren statuit Hennekino et Nicolao, fratribus sue uxoris, dimidietatem sue hereditatis pro 200 m. sitam in pl. S. Spiritus.

—1417. Ermegart, relicta Hermanni Perlement, statuit Hugoni[s] pueris de Enze dimidiam suam hereditatem pro 60 m.

—1418. Petrus, filius Borchardi pannicide, statuit quartam partem sue hereditatis sitam in Semelowenstraten Hincekino Muggenhole pro 50 m.

—1419. Johannes Borchardi, frater dicti Petri, ipsum Petrum dimisit quitum et solutum de omni divisione hereditatis paterne[a]), excepto quod cum eodem Petro in hereditate sui patris optinet 80 m.

—1420. Domina Kostersche statuit suam dimidiam hereditatem sitam iuxta Fratres Maiores pueris Hughoni[s] de Ense pro 50 m.

—1421. Willeken Cuprifaber statuit pueris suis suam hereditatem sitam apud domum Kosterschen, videlicet Hennekino et Greteken pro 100 m. et 20 m.

—1422. Conradus Huxer statuit suam hereditatem sitam in Papenstrate pro 50 m. a f. Nativitatis Domini ultra annum Everardo Vorkenbeken.

—1423. Vicco Stupenator statuit Martino Rufo suam hereditatem pro 30 m. sitam in pl. Piscatorum.

—1424. Johannes Plotze statuit suum angulum Jordano Voghen pro 100 m. de Nativitate Domini instanti ultra annum redimendo.

—1425. Placitatum est inter Swartehinrickeschen et Luderum Paternoster, quod dat ei 8 m. videlicet Ludero, qui fuit procurator Arnoldi de Cevena; cum hoc ipsam dominam predictam ab omni impeticione dimittit liberam et solutam ex parte Bernardi, qui fuit eius maritus, et omnes ipsam dimittere debent liberam eius heredes dicti Arnoldi.

*1426. Bertrammus et Vulveke dicti Vulflam exposuerunt vel statuerunt Ludekino de Culpen quartam partem sue hereditatis[b]) pro Thiderico Zarnin pro 10 m. et 100 m. redimendam in Nativitate Domini proxime instanti pro pignere exsequuto; si defectus in ea fuerit, hunc dicti debent supplere.

—1427. Ludeke Culpe statuit pro Anthonio de Bughe dimidietatem hereditatis site in pl. Monachorum pro 50 m. pueris Gherardi de Stenhaghen.

—1428. Reymarus Crul statuit 2 partes sue hereditatis site apud Fratres Maiores pueris Gherardi Stenhaghen pro 30 m.

—1429. Domina Kostersche statuit suam dimidietatem lapidee domus Meynekino Bochaghen pro 30 m. a f. Nativitatis Domini ultra 2 annos redimendam.

—1430. Petrus de Beke statuit Arnoldo de Swolle inferiorem suam bodam circa Stenweghe pro 150 m. in Nativit[ate] Domini.

*1431. Hermannus Vrackel iunior statuit suam dimidietatem sitam in Longa platea Hinrici pueris de Vreden pro 50 m. de proxima pascha ultra 2 annos redimendam. Si autem defectus fuerit, idem Herman supplebit et sui heredes.

---

[a]) *Hds.:* paterni. [b]) *übergeschrieben:* lapidee domus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

1432. Andreas Dudesche statuit Johanni Snellen tertiam partem hereditatis sue pro 50 m. d. Quam si soror vel mater vel alias duas partes vendere vel exponere voluerint, prius dicto Johanni exhibebunt.

—1433 Thideman Manhaghen statuit Everardo filio Starken suam hereditatem sitam in Hokenstrate pro 50 m. de f. Nativitatis Domini proxime elapso ultra 2 annos, redimendam anno 40.

—1434. Ghoceke Kalchorst statuit Jo[hanni] Gristowen suam dimidiam bodam sitam in Tribeseschen straten pro 15 m.

—1435. Thidemannus Kalsowe statuit Brunoni de Rode scolari suam dimidiam hereditatem sitam in pl. Francorum, que quondam pertinebat Johanni Nigro, pro 100 m.

*1436. Tilsa, relicta Simerstorp, concessit Johanni Brunswic suam hereditatem sitam in pl. Monachorum, quam idem Johannes statuit Ludekino de Culpen pro 150 m. ad f. Nativitatis Domini redimendam proxime venturum. Si defectus in dicta hereditate exstiterit, hunc dictus Johannes supplebit.

—1437. Domina Aleydis, relicta domini Johannis Cranz, habet in hereditate Johannis Prutzen 18 m. den. ratione muri, pro quibus dabit ei singulis annis 24 sol. pro red., donec idem Prutze redimat.

A. D. 1340. *[f. 57 b*

—1438. Wendele, relicta Gheradi de Ork, statuit suam dimidiam hereditatem Alberto Albo [a]), sitam in Longa platea pro 57 m. Michaelis redimendam vel manet sua empta empcio.

1439. Johannes Prutze et Ghereke, suus filius [b]), statuit dominis Zeghefrido, Johanni Wren et Johanni Brunswic totam suam hereditatem cum dverbodis et cum suis omnibus attinenciis, sitam in Pumperstrate pro 100 m. et 20 m. in Nativitate Domini redimendam proxime ventura pro pignore exsequuto.

1440. Kunne Velebruer[s]che statuit suis pueris, Nicolao et Taleken, suam hereditatem sitam in Blidestrate cum una boda in Macellis in Nova Civitate pro 42 m.

*1441. Henneke Swarte statuit Tilseken, filie Conradi Albi, suam dimidiam hereditatem sitam in Semelowestrate pro 200 et 15 m. redimendam ultra annum in octava septu[a]gesime anno supradicto.

—1442. Hinrikus de Lubeke statuit Ecberto de Ruyen suam hereditatem iuxta Novum Forum pro 60 m.

—1443. Petrus Lalendorp statuit quartam partem sue hereditatis suo filio Hennekino Lalendorp pro 50 m.

*1444. Placitatum est inter Hennekinum Straceborch et suum filium Georgium, quod tenetur ei idem Henneke suo filio 500 m. d. usualium, pro quibus dictus Henneke statuit suo filio predicto suam hereditatem sitam in Vischerstrate. Si vero in eadem hereditate aliquis defectus fuerit, hunc supplere promiserunt coniuncta manu Thidemannus Travenemunde, Gherwinus Sculowe et Hennekinus sepedictus; et illam pecuniam non prius sublevabit idem Georgius, nisi quando venerit ad annos discrecionis. Sivero interim predictorum fideiussorum unus obierit, statuere debent alii superviventes conpromissorem loco sui eque

a) Albo *übergeschr.; im Text radiert:* Scelen. b) et — filius *übergeschrieben.*

dignum. Ego vero Henneke Straceborch dictos Thidericum et Gherwinum promitto de huiusmodi promisso indempnes conservare, sicuti in sua littera super hoc confecta continetur.

—1445. Stacius statuit Hinrico Westfal suam dimidiam hereditatem sitam in Hokenstrate pro 100 m. ad f. pasche ultra annum redimendam. Si defectus exstiterit in eadem hereditate, ipsum idem Stacius supplere est arbitratus et sua uxor.

—1446. Greta Ghosehals statuit Paulo de Saskopinge suam hereditatem sitam in Longa platea pro 100 m.; quando vult rehabere has 100 m., predicet eidem Margarete unum quartale anni.

1447. Hinricus Papenhaghen annuit Radekino Sachtelevent, quod duas fenestras fecit in suo stabulo respicientes in suam curiam; quando autem idem Hinricus vel sui heredes vel[a]) qui habet hereditatem, nolunt, idem Radekinus debet obstruere, quod consentit Radekinus.

—1448. Angulus Gherardi Husarmen quis si melior est quam 40 m., hoc statuit privingnis Jo[hannis] Tolnere pro 40 m.

—1449. Dominus Hinricus de Dalviz statuit Bertoldo, filio Bertoldi de Grimme, dimidiam bodam sitam inter valvam S. Spiritus et Nunciorum pro 40 m.

—1450. Abele, uxor Jo[hannis] Westfal, statuit suam hereditatem domine Aleydi, relicte domini Hinrici Dalviz, pro 60 m. sitam in pl. Clericorum.

—1451. Godeke Cultellifex statuit Hennekino Krogere quartam partem sue bode site in Hokenstrate pro 10 m.

—1452. Role de Havelberge statuit Ditmaro Gramelowen 3 dimidias bodas sitas in Papenstrate et 15 m., quas habet in alia boda, pro 50 m.

*1453. Hinrikus Badiseren emit hereditatem a domino Thiderico Scelen sitam apud Fratres Minores propius cum suis omnibus attinenciis.

1454. Kopeke Stenhaghen statuit Alberto Hovenere et filio sui fratris Alberto quartam partem hereditatis sue site in pl. S. Spiritus pro 100 et 40[b]) m. cum consensu fratris sui Hermanni. Terminus[c]) ad f. pasche proxime instans.

—1455. Hermannus Rubenow concessit Thidekino de Berne quartam partem sue hereditatis site iuxta S. Jacobum, quam idem Thidericus de Berne statuit Hillen sue privigne, filie Gherardi Nienborch, pro 70½ m. Festo pasche anno supradicto.

—1456. Role de Havelberghe statuit Alberto Hovenere 3 dimidias bodas sitas in Papenstrate et 15 m., quas habet in aliis 3 dimidietatibus, pro 60 m. ad Nativitatem Domini, quas idem dominus Albertus eidem Rolen concessit.

—1457. Bernardus Ollifex statuit hereditatem angularem Jacobo, filio Kopekini Ollificis, sitam iuxta Kuterdor pro 60 m. a f. pasche anno supradicto ad 3 annos.

—1458. Hinricus Vehof statuit Johanni Langhen de Blekinghe dimidietatem sue hereditatis site ante Langhedor pro 100 m. d. redimendam in f. pasche nunc proxime venturo.

---

a) *von* vel *bis* hereditatem *übergeschrieben.* b) et 40 *übergeschrieben.* c) Solvet etc. *Nachtrag.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1459. Conradus Brus statuit pueris Borchardi Bringwort suam hereditatem sitam circa dotem S. Nicolai pro 100 m. ad 3 annos et stat pro defectu.

Idem[a]) Conradus de illis 100 m. solvit 35 m.

A. D. 1340 post pascha. [*f. 58 a*

1460. Gherardus et Conradus dicti Voghe, filii domini Conradi Voghen, et alii pueri eiusdem domini Conradi dabunt singulis annis Thidekino Voghen ad tempus vite sue et in uno anno post obitum eius 17 m. red. expedite. Ipso vero Thidekino defuncto dicti 17 m. red. ad antedictos pueros eiusdem domini Conradi Voghen et eorum heredes[b]) revolventur. Ceterum dictus Thidekinus commisit Thiloni Doven ad tollendum red. antedictos unius anni post obitum suum. Et cum premissis predictus Thidekinus Voghe et dicti pueri Conradi Voghen sunt penitus et omnino ab invicem separati et terminati, ita quod dictus Thidekinus cessavit ab omni inpetitione, quam movere possit contra predictos pueros Conradi Voghen antedicti.

*1461. Hinricus Borneholm statuit pueris Radekini de Bughe, videlicet Katherine et Taleken, octavam partem sue hereditatis pro 70 m. d. et 1 m., site circa Antiquum Forum.

—1462. Ghodeke de Stetin dedit suis pueris, Hennekino et Katerine, pro hereditate eorum matris 100 m. et 15 m., pro quibus statuit eisdem pueris 2 partes sue hereditatis site in Longa platea.

—1463. Ecbertus Westfal statuit suam bodam Ludekino Dunten sitam iuxta Jacobum Stubbekopinc pro 100 et 20 m.

*1464. Hermannus Kersebom dedit suo filio Johanni Kersebom dimidiam domum sitam in Hokenstrate, que pertinebat Broder Hel[m]slegere.

—1465. Meus Vulf statuit dominis Johanni Brunswic et Thiderico Travenemunde ad manus puerorum Reymari de Bart bodam sitam in Knepestrate, pro 50 m. ad f. pasche proximum redimendam; quod si defectus in ea fuerit, idem Meus hunc supplere promisit.

—1466. Hinceke Langedorp statuit suam dimidiam hereditatem sitam in pl. Francorum pueris Hermanni Lukken pro 40 m.

—1467. Johannes Mercel et suus gener Bernardus Scuttorp statuerunt dimidietatem sue hereditatis Hermanno de Rode pro 100 m. Si defectus in ea fuerit, hunc se arbitraverunt supplere coniuncta manu.

*1468. Nicolaus de Kile tenetur suis filiis Borchardo et Henneken 300 m. ex parte hereditatis eorum matris, pro quo statuit suam dimi[di]etatem hereditatis pro 200 m. et 10 m. debet eis erogare ex promcioribus suis bonis. Si vero aliquis defectus fuerit in ea, hunc dictus Nicolaus debet supplere.

—1469. Albertus Vette statuit suis privignis dimidiam suam domum sitam in Longa platea videlicet 2 puellis pro 100 m. d.

—1470. Johannes Crul statuit tertiam partem suam hereditatis, in qua moratur, Nicolao, filio Gherardi Lunenborch, pro 100 m. a Nativitatis festo Domini ultra 5 annos redimendo.

*1471. Elizabet Bukesche resignavit Hinrico Buk, filio suo, et uxori eius Tibben dimidiam hereditatem circa cimiterium b. Marie sitam, quam Hermannus

a) Idem etc. *Nachtrag.* b) et eorum heredes *übergeschrieben.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Sipolle et Ditmarus de Baard eidem Elizabet statuerunt pro 40 m., nunc in f. b. Martini redimendam per dictos Hermannum et Ditmarum.

— Eadem Elizabet Bukesche resignavit dicto filio suo Hinrico Buk et uxori sue Tibben 2 ortos humuli extra Kuterdor sitos.

*1472. Placitatum est inter Gherardum Voghe parte ex una et Conradum, fratrem suum, et Wibeken, suam sororem, ex altera, quod idem Gherardus ex parte hereditatis patris sui, domini Conradi Voghen, habebit 10 m. red., in dimidietate hereditatis dicti patris sui site in Bodenstrate ad tempus vite sue singulis annis. Si vero dicta dimidietas hereditatis venderetur, detunc iidem frater et soror eiusdem Gherardi ponent dictas 10 m. red. in iacentem et fixum fundum intra civitatem ad usum eiusdem Gherardi, ut premittitur. Verumtamen post obitum dicti Gherardi antedicti red. ad propinquiores heredes suos revolventur. Et cum hoc predicti Gherardus, frater suus, et soror sunt penitus et omnino ab invicem separati; nisi ad ipsum Gherardum aliquid iure hereditario possit devolvere, in hoc non debet esse neglectus.

—1473. Wolter Parlement statuit dimidiam hereditatem suam in pl. S. Spiritus Jacobo Krusen pro suo dotalicio, videlicet pro 100 m. et 40 m.

*1474. Dominus Hinricus Badyseren statuit provisoribus Gherwini Storkowen, videlicet Hermanno Papenhaghen et Conrado, fratri suo, suam dimidiam stupam sitam inter Semelowendor et Bodendor pro 100 m. redimendam in f. b. Michaelis nunc proxime venturo. Quod si ipsam non redemerit, tunc erit emptio eorum eternalis. Actum a. D. 1340 post f. Johannis Baptiste.

*1475. Hinricus Badyseren predictus statuit dimidietatem sue stupe inter Semelowendor et Boden site pueris Arnoldi Linicide pro 200 m. Preterea si defectus fuerit in dictis 200[a]) m., quod illa dimidietas ita bona non fuerit, illum defectum idem Hinricus Badyseren et sui heredes debent supplere. Ceterum Arnoldus Pes et dictus Hinricus Badyseren sunt provisores eorumdem puerorum.

A. D. 1340. [*f. 58b*

—1476. Johannes Lukke statuit suum dimidium angulum situm in Blidenstrate pueris Hermanni Lukken pro 10 m.

*1477. Hermannus Hesseman, Gherardus Kolebrant et Nicolaus Dene sustulerunt 200 m. et 17½ m. a Johanne Lukken ex parte hereditatis uxoris eiusdem Johannis, propter quod dicti Hermannus Hesseman et Nicolaus Dene[b]) statuerunt suam dimidiam hereditatem eidem Johanni Lucken in Zemelowestrate sitam per annum et diem pro inpeticione, ita, quod si aliquis eundem Johannem inpeteret pro hereditate eiusdem uxoris sue, iidem Hermannus, Gherardus et Nicolaus tenentur eum reddere coniuncta manu quitum et indempnem.

—1478. Thideke Stenhus statuit suam dimidiam hereditatem sitam in pl. Monachorum Bertoldo de Munster pro 40 m.

1479. Hinricus Haghedorn statuit domino Johanni de Dorpen suam dimidiam bodam pro 50 m., sitam circa viam cimitorii S. Nicolai iuxta theatrum.

---

a) 200 *durch Rasur aus* 300 (c c c) *geändert.* b) et N. D. *übergeschrieben und* dicti aus dictus, statuerunt *aus* statuit *geändert.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1480. Petrus de Beke statuit domino Johanni de Dorpen suam inferiorem bodam sitam circa Stenwech pro 200 m.

—1481. Martinus Barnekow statuit Meynekino Bochaghen dimidietatem sue hereditatis site iuxta Colmarket pro 50 m. a f. s. Michaelis proxime venturo ultra 2 annos. Actum circa Assumpcionem s. Marie *(Aug. 15.)* anno supradicto.

1482. Johannes Vriensten carnifex statuit suam hereditatem sitam in Vrankenstrate Johanni[a]) de Lippia pellifici pro 40 m.

—1483. Andreas Vlashoke statuit suam hereditatem dimidiam sitam apud dominum Ghodekinun Lensan in Semelowenstrate pro 100 m.[b]) Petro Lenzan[c])

—1484. Willeken Selighe statuit quartam partem sue lapidee hereditatis site iuxta S. Jacobum in Papenstrate Elzeben Bukeschen pro 40 m. d.

1485. Albertus Dobelere habet 60 m. d. in hereditate sue uxoris, quam dimidietatem redemit a pueris Hugonis de Ense pro eadem pecunia.

—1486. Engelke Velkenere statuit Hartwico de Hamme suam dimidiam hereditatem pro 50 m. Actum Michaelis anno predicto.

—1487. Relicta Heynonis Pels statuit Hermanno Bokelman dimidiam suam hereditatem sitam in pl. Monachorum pro 50 m. cum consensu suorum filiorum.

1488. Andreas Dutdesche statuit Nicolao Nicolai, filio Gherardi, tertiam partem sue hereditatis site in Ravenbergeschenstraten pro 50 m. d.; si mater vel aliquis vellet vendere, idem Nicolao primitus exhibebunt.

—1489. Conradus Scrivere statuit quartam partem hereditatis sue hereditatis filio Jacobi Ollificis pro 50 m.

—1490. Hinceke de Staden statuit et sua uxor hereditatem eorum, que fuit Sculderknoken, Arnoldo de Osenbruge pro 100 m. et 20 ad f. Nativitatis proximum Domini redimendum.

—1491. Herman Cipolle et Ditmer de Bart statuerunt suam dimidiam hereditatem Rode Petro pro 40 last tunnarum, sitam apud ecclesiam s. Marie, ad f. Nativitatis Domini proxime venturi redimendam.

—1492. Hulsebusch carnifex statuit Arnoldo Voth aream sitam in pl. Molendinorum cum omnibus edificiis ipsi superedificatis pro 80 m. a f. Nativitatis Domini ad 2 annos redimendam. Sivero idem Hulsebusch vendere voluerit ipsam, Arnoldus erit propinquior pro denariis, quantum solvi potest.

Item[d]) statuit eidem Arnoldo eandem aream pro 20 m. cum prioribus condicionibus.

—1493. Rutze statuit 2 bodas sitas in Morderstraten suis pueris pro 30 m., genitis a Hebelen, sue priori uxori.

*1494. Bernardus de Dorpen statuit suam hereditatem sitam in pl. Piscatorum pro 10 m. et 100 Ludekino de Culpen ad f. Nativitatis Domini proxime venturo ultra annum redimendam. Si defectus exstiterit in eadem, hunc idem Bernardus promisit supplere.

*1495. Dominus Johannes Brunswic statuit pueris domini Johannis Gholdoghen, videlicet Jacobo et Ghocekino, dimidietatem sue hereditatis pro 250 m. Si defectus in ea exstitisset, hunc supplere debet. Actum a. D. 1341 in Epiphania Domini; ultra 2 annos redimendam.

---

a) *Geändert in* a Johanne. b) *Die Zahl radiert.* c) Petro L. *nachgetragen.* d) Item etc. *Nachtrag.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1496. Domina Grete de Cippeken, relicta domini Hinrici, statuit quartam partem sue hereditatis site iuxta Novum Forum pueris Hermanni de Bremen, videlicet Greteken et Taleken, pro 40 m. d.

—1497. Jacobus Stenvelt statuit Thiderico Albi Bertoldi suam dimidiam hereditatem sitam in Blidenstrate pro 9 m. pro pignere prosecuto, ad f. pasche proxime redimendam.

—1498. Dominus Nicolaus Rodehose statuit pueris Brendekini Bruchusen suam dimidiam hereditatem, in qua moratur Jo[hannes] Voghet, pro 100 m. proximo in f. s. Martini episcopi redimendam venturo.

A. D. 1341. [*f. 59 a*

1499. Johannes Wesent advocatus statuit domino Thiderico Scelen bona villarum Necelsdorp et Zarretzin, si sint in iure, in pactibus vel precaria, sicuti littere dominorum terre super ea bona sonant, pro 500 m., sicuti sue littere confecte plenius continentur, videlicet Johannis Wesent.

—1500. Ghodeke Cultellifex statuit dimidiam suam bodam sitam in Hokenstrate Ludekino Howescilt pro 30 m.

—1501. Hinricus de Lippe statuit suam hereditatem sitam [in] pl. Piscatorum pro 100 m. pueris Marquardi Stupenatoris, videlicet Marquardo, Taleken et Ludekino.

—1502. Tobe, relicta Hinrici Longi, statuit suam partem sue hereditatis site in Bodenstrate in angulo Thidemanno Frisoni et sue uxori Greten pro 100 m.; ille 100 m. venerunt de hereditate patris illius Greten in suum dotalicium.

—1503. Henneke Swarte statuit suam hereditatem sitam in Semelowestraten pro 200 m. a f. Nativitatis Domini redimendam predicendo cuilibet alio, Thidemanno Vresen, dimidium annum; que 200 m. venerunt ab hereditate patris uxoris Thidemanni predicti, videlicet ex dotalicio suo.

—1504. Wernerus de Attendorn statuit dimidiam suam hereditatem Elseben [a]), moniali in Cramyn, filie Bertoldi Albi, pro 100 m. et 20 m.

—1505. Nicolaus de Staden statuit suis natis genitis a Tilsen, sorore Conradi Lunenborch, suam dimidiam hereditatem pro hereditate sue matris pro 100 m.

—1506. Henneke Omeke carnifex statuit suam dimidiam hereditatem Gheseken, filie Nicolai de Waghe, pro 50 m. de f. pasche ultra 2 annos redimendos proximo venturo. Actum carnisprivio anno supradicto.

—1507. Hinricus Borentin statuit suam dimidiam hereditatem Herdero de Riga pro 100 m. a f. Nativitatis Domini a. D. 1340; [b]) quibus debet esse potens diebus sue vite idem Herderus; mortuo vero eo ille 100 m. cedent sue uxori Aleydi; redimendam ultra annum.

*1508. Wolterus Perlement dedit in dotalicium suo genero Jo[hanni] de Ruyen quartam partem sue hereditatis sitam in pl. S. Spiritus; ad quam quartam partem idem Wolterus concessit eodem suo genero tantum, quod statuit Lodwico, filio Rufi Lodwici; terciam partem sue hereditatis cum suis attinenciis, ut sita est ad aliam plateam retro pro 100 m. redimendam in f. s. Mar[tini] proxime venturo; de quibus disbrigabit Johannes dictus 70 m. et Wolterus 30 m.

---

a) *Hdsch.:* Elsenben. b) *Aus* 1341 *durch Rasur geändert.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1509. Albertus Dobelere statuit suam dimidietatem hereditatis site, cum itur ad Dotem, suis [a]) privignis pro 50 m.

—1510. Bertoldus de Kedingehaghen statuit suam dimidiam hereditatem Nicolao Gherardi sitam in Smedestrate pro 100 m. d.

—1511. Relicta Pleghemannis, Gherburgis, et suus filius Hinceke statuerunt suam dimidiam curiam in Kedinghehagen pro 60 m. d. Nicolao Gherardi.

—1512. Henninc Heyye statuit suam dimidiam curiam in Citterpenigeshagen suis privignis pro 140 [b]) m. cum omnibus suis attinenciis, quod si defectus in ea fieret, hunc idem Hennigus cum avunculo [c]) Alberto supplere promiserunt.

1513. Rolof de Wilcem statuit suam dimidiam hereditatem Brodere pro 200 m., sitam in Longa platea.

—1514. Johannes Semelow concessit Ghocekino, filio Bernardi Ghoswini, hereditatem sitam in angulo iuxta Fratres Maiores, in qua moratur Bare, quam idem Ghoceke statuit Lodowico, Rufi Lodwici filio, pro 50 m. ad f. s. Martini proximum redimendis. Pro defectu fideiusserunt Thi[dericus] Travenemunde, Jo[hannes] Semelowe et Bernardus de Dorpen.

—1515. Henneke de Heyde statuit Johanni Westfal unam suarum bodarum superius ad Ludekinum de Culpen pro 40 m. Hermannus Prutze et Hinricus Papenhagen fideiusserunt ipsam disbriganda[m].

—1516. Nicolaus Lange statuit Nicolao Stroberch [d]) terciam parte[m] sue hereditatis site in Vrankenstrate pro 100 m. d.

—1517. Bernardus Kolre statuit pueris Jo[hannis] Wegenere suam hereditatem dimidiam pro 76 m., sitam in angulo iuxta Novum Forum.

*1518. Seghefridus et Jo[hannes] Wreen statuerunt hereditatem et bodas sitas in Pumperstrate, que Johanni Prutzen pertinet, Ludekino de Culpen et cum omnibus attinenciis pro 100 m. et 10 m. a f. pasche ultra annum redimendam; quam si Johannes Prutze tunc non redimeret, dictus Ludeke potest vendere, cui velit, et [coram] consulibus resignabit. Actum in presencia Prutzen predicto suo consensu.

—1519. Petrus Wobelkowe statuit domine Konegundi, relicte Gherardi Leonis, suam curiam cum omnibus suis attinentiis in 4 annis, quando sibi placet, pro 150 m.

—1520. Petrus Wobelcowe cautionem fecit Mertenshaghen pro 200 m. cum fideiussoribus; si defectus in eis aliquis fuerit, pro eo statuit eidem suam curiam.

—1521. Johan Raceborch statuit dominis Johanni Wreen et Thi[derico] Travenemunde suam dimidiam hereditatem ad manus pueri Hennekini Man pro 150 m.

—1522. Henneke Stenvelt statuit suam hereditatem sitam iuxta Tribese[s]chen valvam pro 30 m. d.; suus pater stat pro defectu pueris Somersdorp.

—1523. Bertoldus Valkenhaghen statuit suam hereditatem sitam in pl. Francorum pueris Arnoldi Linicide pro 100 m. d. Actum festo pasche anno supradicto.

---

a) suis — 50 m. *durchstrichen;* suo privigno pro 30 m., Hinceken *übergeschrieben.* b) 40 *auf Rasur.* c) avunculo *über dem getilgten* fratri. d) ? Stromberch.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1524. Sorores et fratres et omnes heredes Petri Slutedorn dimiserunt totum conventum S. Spiritus et provisores eius ab omni iterata monicione quitos, liberos et solutos.

A. D. 1341 circa pascha. [*f. 59 b*

—1525. Johannes Lange statuit unam bodam Arnoldo de Swolle, sitam in Morderstrate, pro 55 m. a f. pasche eodem ad 2 annos redimendam.

—1526. Hinricus de Elmhorst statuit filiis sui fratris Detmari vel pueris terciam partem sue hereditatis sitam in Blidenstrate pro 10 m.

—1527. Domina Kostersche statuit Johanni Coles servo suam hereditatem sitam iuxta Fratres Maiores pro 100 m.

1528. Thideke Stenhus statuit Hinrico Grecim quartam partem sue hereditatis site in pl. Monachorum pro 14½ m. ad f. pentecostes redimendam; quod si non redimerit, potest vendere; si defectum habuerit, addere sibi debet, quod tenetur; si aliquid superfuerit, debet sibi reddere.

—1529. Henneke Lutzow statuit Hennekino Lunenborch id, quod habet in orto humuli suo, pro 40 m. filio Gherardi Lunenborch.

*1530. Conradus de Bochem statuit suam hereditatem sitam in Verstrate Ditmaro Gramelowen pro 100 m. puri argenti f. pasche proxime venturo redimendam. Si defectus fuerit, hunc idem Conradus cum suis heredibus promisit supplere. Hereditas stat apud Ghevelbergeschen.

1531. Henneke Branteshagen statuit et sua uxor Mette pueris Hinrici Blunders unam bodam sitam in Oltboterstraten retro Cuprifabrum pro 60 m.

—1532. Hinricus Vlenvlcht[a]) statuit suam hereditatem Rodolfo de Wilcem et Hennekino Dalviz pro 100 et 40 aureos florenos, sitam in Longa platea.

—1533. Hinricus Badisren statuit suam domum angularem circa Knepesdor Arnoldo Snellem, filio sororis Jo[hannis] Snellen, pro 100 m.

—1534. Bernardus Ollifex statuit Jacobo, filio Jacobi Ollificis, suam hereditatem sitam iuxta Tribeseschendor pro 100 m., redimendam ultra 2 annos.

—1535. Drevs de Vinkendale statuit Jacobo, filio Jacobi Ollificis, hereditatem sitam in Morderstraten pro 10 m. ad 2 annos.

—1536. Hinricus de Rode statuit Vickoni de Helsingeborch dimidiam suam hereditatem sitam [in] pl. Piscatorum pro 50 m.

—1537. Bernardus de Dorpen statuit Ditmaro Gramelowen suam dimidiam hereditatem in Semelowenstraten sitam pro 300 m. denariorum concessorum infra hinc et f. pe[n]thecostes proximum ve[n]turum redimendam.

—1538. Henneke Bullenklot statuit Martino Roden suam dimidiam hereditatem sitam in Vranken[b]) platea pro 40 m.

—1539. Bernardus de Vreden statuit domum suam angularem sitam in Vrankenstrate Hennekino, Gerardi Lunenborges filio, pro 40 m.

—1540. Dominus Kurlant statuit quartam partem sue hereditatis site ante Longam valvam pro 55 m. Hinceken Dorinc ad f. s. Johannis Nativitatis Baptiste redimendam.

1541. Hinricus Eselsvot statuit 2 suas hereditates cum area retro domus, sicuti site sunt, cum agris illis adiacentibus et omnibus suis pertinenciis

---

a) Ulenvl[u]cht? b) Vranken *über dem durchstrichenen* Longa.

Bernardo de Dorpen pro 300 m. et 30 m.; ipsi Bernardo cum eisdem faciendi et dimittendi idem Hinricus dedit plenam potestatem ecceptis, quod domus S. Spiritus optinet in eisdem hereditatibus videlicet de Lubeke 150 m. et sua uxor Gherborch 250 m., quas Bernardus dicte Gerburgi mortuo dicto Hinrico debet erogare.

—1542. Gherwinus Ghodebuz habet in muro Hermanni Cipollen et Ditmari de Bart 18 m., pro quibus iidem facient, quod ius est civitatis.

—1543. Brun Doliator statuit Rode Petro suam hereditatem sitam in Longa platea pro 40 m.

—1544. Bernardus Munterinc statuit 2 puellis privignis Alberti Vetten suam dimidiam hereditatem sitam in Longa platea pro 100 m. redimendam ad proximum f. pasche.

—1545. Bernardus Munterinc statuit pueris sue sororis Ghesen dimidiam suam hereditatem eandem pro 100 m.

—1546. Jo[hannes] de Minden statuit Hinrico de Kemenitze quartam partem sue hereditatis, in qua moratur Closterman, in Semelowestraten pro suo dotalicio pro 70 m.

—1547. Ghelmarus Kemerere statuit quartam partem sue hereditatis site in Vrankenstrate Gherekino Lunenborch pro 40 m.; pro defectu, si fuerit, idem Ghelmarus stat.

*1548. Bertoldus de Kedinghehaghen statuit suam dimidiam hereditatem sitam in Smedestraten pro 100 m. ad vicariam instaurandam domino Alberto de Stargarden in locum quarte partis hereditatis Gherardi Tolnere ad 3 annos redimendo, que prius statuta erat ad eandem vicariam instaurandam. Terminus Jacobi.

—1549. Ghesa, relicta Marquardi Heyen, et Johannes Heye, eius filius, statuit Arnoldo Voth suam bodam sitam apud cimitorium pro 40 m.; quam si vendere voluerit, Arnoldus predictus et sui heredes erunt propinquiores.

—1550. Ywen Cerdo statuit quartam partem sue hereditatis site in Vrankenstrate Gherekino, filio Weynegen, pro 50 m.

—1551. Henneke Lange[a]) statuit Alberto Hovenere suam hereditam sitam in Blidenstrate iuxta Hinricum de Elmhorst[b]) cum omnibus suis attinenciis pro 100 et 2 m.

A. D. 1341 circa Johannis Baptiste. [*f. 60 a*

—1552. Tanke Helmsleghere statuit Nicolao Stekere suam dimidiam hereditatem pro 26 m. puri argenti de f. s. Martini ultra annum solvendo 10 m. puri;[c]) item ultra annum 10 m. puri ad subsequens festum et iterum ad subsequens f. ultra annum.

*1553. Tutores filiorum Hennekini de Heyde cum consensu eorundem statuerunt Lamberto Groten quartam partem sue hereditatis sitam in Verstrate pro 150 m. de f. Nativitatis s. Johannis Baptiste ultra 3 annos redimendam; si in ea defectus fuerit, hunc predicti resuplebunt.

---

a) Lange *über dem durchstrichenen* Svarte. b) *Hds.:* Emlhorst. c) *übergeschrieben:* proxime venturo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*1554. Johannes Oldenhaghen statuit pueris Rocen, genitis a Heblen, sua prima uxore,[a]) suam dimidiam hereditatem sitam circa ecclesiam Nostre Domine pro 35 m. d. Si defectus in eis exstiterit, hunc debet supplere.

—1555. Jacobus Alrep statuit suam domum dimidiam sitam in Vrankenstrate pro 300 m. de f. s. Michaelis proxime venturo ad 2 annos redimendam Johanni Struz.

1556. Wederholt statuit Johanni Kluvere suam hereditatem sitam in pl. Monachorum pro 100 m.; quando vult rehabere suos denarios, predicet ei annum unum.

1557. Placitatum est inter Ghodekinum Osterwic et suam coniugem Reyneken, qui sunt sine herede et habent simul dimidiam domum sitam in Vrankenstrate; cum qua dimidietate videlicet[b]) quarta parte dicte domus si morte preventus fuerit, idem Ghodeke potest dimittere et facere, quid velit, antequam sua uxor predicta moritur. Si vero ipsa sua uxor Reyneke moritur ante Ghodekinum, alia quarta pars hereditatis cedet heredibus ipsius Reyneken; super omnia necesse si fuerit predicte potentes debemus esse illius hereditatis dimidietate[m] vendendi et exponendi. Preterea si Ghodekinus moritur ante uxorem, detunc predicta sua uxor optinebit pretactam suam quartam partem dicte domus diebus sue vite[c]); sed ipsa postmodum mortua, revertetur illic eadem quarta pars, ubi Ghodeke prius dedit vel assignavit.

1558. Dominus Thidericus Albus construxit domum anone in sua curia, cuius murus trianguli pertinet dimidietas sui vicini Thideman Calsowen in altitudine 12 pedum; si vult ulterius frui triangulo, debet solvere secundum quod racionabile sit predicto domino Thiderico in Vrankenstrate.

1559. Kopeke Stenhaghen statuit dimidietatem sue hereditatis domino Alberto Hovenere et Alberto, suo fratrueli, sitam in pl. S. Spiritus pro 100 m. et 70 m. d.; quando oportet vendi, detunc ipsi maneant propinquiores pro pecunia, pro qua vendi debet.

—1560. Hinricus Badiseren statuit pueris Arnoldi Linicide terciam partem sui anguli usque ad stupam circa K[n]epesdor pro 200 m.; si defectus aliquis esset in eodem angulo, hunc supplere debet idem Hinricus et sui heredes.

1561. Jo[hannes] Morian statuit Johanni Cluvere suam hereditatem inferiorem sitam in pl. Piscatorum pro 100 m. d.

—1562. Ludeke Lange et Henneke Pomerene statuerunt suam hereditatem sitam apud domum preconis Reddico Doleatore pro 15 m. et sue filie Taleken similiter pro 15 m. d. ad 4 annos.

—1563. Stacius statuit suam dimidiam hereditatem sitam in Hakenstrate Hinrico Westfal pro 40 m. et 100 m. Si defectus est in ea, hunc supplere debet, est arbitratus et sua uxor.

—1564. Bertoldus Molendinarius statuit Hinrico Westfal suam hereditatem sitam in Tribeseschenstraten pro 55 m. d. redimendam a f. Michaelis proximo preterito ultra 2 annos. Si vero ego Hinricus morerer predictus mea uxore Greten supervivente, illas 55 m. eadem mea uxor optinebit et ad hoc tantum de meis bonis, quod habere debet 100 m.

---

a) *übergeschrieben nachträglich:* videlicet Tilzeken et Ludeken solis. b) *Von* videlicet *bis zum ersten* moritur *unterstrichen.* c) diebus sue vite *übergeschrieben.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

—1565. Hinricus Borsin statuit quartam partem sue hereditatis Hinrico Kronevitzen pro 50 m., site apud dotem S. Nicolai.

*1566. Placitatum est inter honestam matronam, relictam domini Thidemanni de Dorpen, dominam Tesmeren et Bernardum et Thidekinum, eius filios, quod ei assignare debent 50 m. red. ad tempora sue vite, de quibus eidem domine sue matri demonstrant in bodis hereditatis in Semelowestraten 26 m. red.; item 24 m. red. in 2 hereditatibus sitis in pl. S. Spiritus; item habitacionem ei demonstrant et assignant in curia in pl. Piscatorum, que quondam illis de Osten pertinebat, sicuti Menze habuit diebus eciam sue vite. Item red. predictos et habitationem dictam predicti Bernardus et Thidekinus sue matri de collecta annis singulis debent libertare. Ceterum mortua prefata domina 10 m. red. de prehabitis 50 m. cum habitatione predicta cedent Bernardo et Thiderico, eius filiis. De reliquis 40 m. procedatur, sicuti in testamento domini Thiderici est conprehensum.

—1567. Johannes Voth statuit Simoni Vos suam dimidiam hereditatem sitam in Semelowenstraten pro 150 m. d.

—1568. Hinricus de Lubeke statuit suam hereditatem Ludekino Moyenkowen pro 100 m. sitam iuxta Novum Forum ad 4 annos. Idem Hinricus et Bant stant pro defectu. Que si vendi debet, idem Ludeke propinquius debet esse.

—1569. Henneke de Heyde concessit Nicolao Viriz quartam partem sue hereditatis sitam in Verstrate pro 100 m., quam Johanni Longo de Blekingen statuit.

1570. Grete, relicta Vogen cistificis, et eius filius Koneke statuerunt Rodepetro quartam partem sue hereditatis site in pl. S. Spiritus pro 100 m. d. a f. Nativitatis Domini ad 2 annos redimendo. Si defectus in ea exstiterit, hunc predicti supplere promiserunt.

1571. Jacobus Stubbecopinc recognovit, quod Hermannus de Loningen redemit suam bodam, quam statuit Greten de Lubeke pro 50 m., cuius provisor fuit idem Jacobus.

A. D. 1341 circa Katerine (*Nov. 28.*). [*f. 60 b*

—1572. Reymarus Wendelborn statuit suam lapideam bodam sitam circa Novum Forum pro 20 m. pueris Werneri de Gristowe.

—1573. Dominus Johannes Wreen concessit suam dimidiam hereditatem Conrado de Pretze, quam statuit filiis vel pueris Ertmari Institoris pro 100 m. et 10 m. sitam in pl. Monachorum de Nativitate Domini ultra annum.

—1574. Reneke Man cum consensu sui fratris Johannis statuit quartam partem sue[a]) angularis hereditatis Nicolao Buc pro 50 m. sitam in Cnepestraten de f. s. Nicolai redimendam, una pars alteri predicendo quartale anni.

—1575. Nicolaus Lange statuit dimidietatem sue hereditatis sitam in Vrankenstrate pro 150 m. Nicolao Dartsowen.

*1576. Nicolaus Vorwelt statuit Hennekino Longo dimidiam suam hereditatem pro 100 m. sitam in Vrankenstrate.

*1577. Henneke et Wichman nomine suorum fratrum et sororum et eorum [b]) statuerunt Stephano, fratri Johannis Voghet, integram dimidietatem sui anguli sitam in Ravenbergeschenstraten pro 150 m. d. proxima die s. Martini venturo redimendam; Thideke Soltwedele stat pro defectu, si in eo defectus fuerit.

---

[a]) *Hds.:* sui. [b]) *zu ergänzen* maritorum *oder* puerorum *oder* provisorum?

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1578. Tideke de Soltwedele statuit Johanni Koldehoven quartam partem sue hereditatis sitam in Bodenstrate pro 100 m. a f. Nativitatis Domini redimendam ultra 2 annos pro pignere exsequto.

—1579. Johannes de Bart statuit suam hereditatem filie domini Sifridi Parvi pro 90 m., Kunneken, et pueris Wolteri Perlement pro 200 m. et 20 m., Sifrido et Gheseken, sitam in pl. S. Spiritus.

—1580. Lefardus Wiberch statuit 2 partes sue hereditatis Johanni Wichman moranti in Knepestrate pro 100 m.; si defectus fuerit, hunc supplere idem est arbitratus.

—1581. Gherardus Textor statuit Ludekino de Raceborch suam hereditatem sitam in Blidenstrate pro 30 m. d.

—1582. Hermannus Cipolle et Ditmarus de Bart statuerunt dimidietatem sui anguli sitam iuxta cimitorium S. Marie Roden Petro pro 80 m. d. de Nativitate Domini ad 2 annos redimendam.

*1583. Tilse relicta Simerstorp concessit suam hereditatem sitam in pl. Monachorum Johanni Brunswic; quam idem statuit puero Petro de Sale pro 150 m. d. a Nativitate Cristi ultra annum redimendam. Si defectus in ea exstiterit, hunc idem supplere debet.

—1584. Conradus Papenhaghen statuit quartam hereditatis partem sitam superius in pl. S. Spiritus puero Petri de Sale pro 100 m. d. redimendam a Nativitate Cristi ultra annum. Si defectus in ea fuerit, hunc supplebit.

—1585. Ludeke de Haren statuit Engelkino de Dalviz suam dimidiam hereditatem sitam in pl. S. Spiritus pro 100 m.

—1586. Relicta Gherardi Leonis et eius pueri habent 5 m. red. cum consulibus, quem pro 50 m. redimere possunt, quando volunt.

—1587. Bertrammus et Vulveke statuerunt domino Wichmanno suam quartam [partem] lapidee domus pro 50 m. d., quod redimere possunt, quando volunt.

*1588. Drevs Witgherwer et Dolger,[a]) suus gener, statuit 2 dimidias hereditates sitas in Vrankenstrate simul super 2 parietes Hincekino Weyneghen pro 40 m. de f. Nativitatis Cristi redimendas ultra 4 annos.[b])

*1589.[c]) Bertoldus Hoync statuit Johanni Badiseren suam dimidiam stupam sitam ante Vrankendor et totam angularem hereditatem sitam apud cimitorium S. Marie pro 500 m. lub. festo Michahelis redimendo et 11 m. lub. inperplexe pro pignere exsequuto; pro quo, si defectus in eis exstiterit, promiserunt coniuncta manu dominus Thidericus Scele, Conradus Papenhagen, Henneke Semelowe, Everardus Vulveshaghen hunc supplendum. Omnibus predictis Johannes Wesent advocatus statuit omnem suam advocaciam intus et extra civitatem indempnes conservandos exceptis 20 m. reddit[ib]us, quos domus S. Spiritus habet in eadem advocacia et extra Mertensdorpe[d]) et Viresdorpe eciam exceptis.

—1590. Johannes Osenbrugge statuit quartam partem hereditatis sitam in pl. S. Spiritus Johanni Branteshagen pro 60 m. d.

---

[a]) et D. s. gener *übergeschrieben.* [b]) *folgt der abgebrochene Eingang:* Hinceke Hup.
[c]) *Der Anfang bis* pro pignere exsequuto *durchstrichen.* [d]) *Hdsch.* Merstensdorpe.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1591. Ghodekinus de Loten statuit quartam partem sue hereditatis, in qua moratur, ante Longam Valvam Arnoldo de Osenbrugge pro 100 m.; quando denarios suos vult rehabere aut Ghodekinus redimere, quilibet predicet alteri dimidium annum.

—1592. Hermannus Rubenowe statuit Roden Petro suam dimidiam hereditatem sitam circa ecclesiam S. Jacobi pro 150 m. Quilibet alteri infra 3 annos rehabendo denarios vel redimendo predicet dimidium annum.

1593. Thidemannus de Clutze statuit dimidiam suam hereditatem Thideman Frisoni pro 100 m., que venerunt de hereditate sue uxoris.

1594. Petrus de Beke statuit domine Elizabeth, relicte domini Jo[hannis] de Dorpen, superiorem suam bodam propinquiorem domino Jo[hanni] de Dorpen pro 100 m. et suis filiis.

*1595. Bertoldus Hoyinc statuit angularem suam hereditatem Hinrico de Mynden pro 200 m. circa cimetorium S. Marie; quid vero melior est eadem hereditas, hoc stat domino Thiderico Scelen ad suam redempcionem se redimendum de debitis pro eodem Bertoldo. Actum a. D. 1342 circa Martini.

A. D. 1342. [*f. 61 a*

—1596. Johannes Adam doliator statuit Reddico 2 bodas iuxta scolas S. Jacobi pro 40 m. ad 4 annos de f. pasche proxime venturo redimendas.

*1597. Bernardus de Dorpen statuit Katherine et Henneken, filiis Ghodekini Totemorren, totam suam hereditatem sitam in pl. Piscatorum cum curia excepta lapidea domo, que stat in curia, pro 100 m. et 15 m. Si defectus fuerit in eadem hereditate, hunc idem Bernardus supplebit. Quando vero alia hereditas ipsis pueris statuetur eque bona, in qua contentantur, hec debet esse libera de Purificatione ad 3 annos redimendo. Hanc hereditatem concessit dictus Bernardus domino Ghuslao Sumen.

—1598. Ecbertus Westfal statuit dimidiam suam bodam sitam in Bodenstrate provisoribus S. Spiritus pro 100 m. et 10, quas sustulit ad usum vicarie, quam Nicolaus Vorkenbeke instauravit, que debet ad S. Spiritum officiari et idem Ecbertus satisfaciet officianti de dictis denariis.

—1599. Henneke de Meppen statuit Petro de Baart quartam partem sue hereditatis sitam in Vrankenstrate pro 60 m. d. de f. pasche instanti ultra annum redimendam.

—1600. Henneke Weytenhaghen statuit Thome Kuzel suam dimidiam hereditatem sitam in Tribezestraten pro 30 m. proxime Nativitatis Domini redimendam.

—1601. Greta relicta Ghosehals statuit Thidemanno Frisoni suam hereditatem sitam apud eum pro 100 m.; predicet quilibet alteri rehabendo denarios vel redimendo quartale anni.

1602. Luderus Hodeman et Ludeke Bode statuerunt Conrado de Bochem pro 100 m. sitam in Trave[ne]mundenstrate suam hereditatem redimendam a f. s. Michaelis proximo ultra annum.

1603. Hermannus Stenhagen statuit domino Alberto Hovenere quartam partem sue hereditatis sitam in pl. S. Spiritus, in qua morabatur suus pater, pro 53 m. d. in carnisprivio.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1604. Thideke de Rostock statuit suam bodam unam sitam in Morderstraten versus Novum Forum Hennekino Putheman pro 10 m., quam redimere potest, quando vult.

—1605. Marquardus de Bughe statuit suam dimidiam hereditatem sitam in pl. S. Spiritus[a]) pueris Werneri, videlicet Gheseken, Tymmeken et Werneken, pro 150 m. d.

—1606. Johannes Voth statuit Sweneken, puero Ludekini Lenzan, dimidiam suam hereditatem in pl. Semelowe et suis heredibus pro 150 m. d. dicendo ei unum quartale anni, antequam debet redimere.

*1607. Dominus Nicolaus Rodehose concessit dominis consulibus suam angularem hereditatem sitam iuxta Novum Forum, in qua quondam morabatur Johannes Voghet, quam statuerunt Johanni Westfalo pro 200 m. d. a f. proxime instanti pascha ultra annum redimendam, que obligata est eidem ex parte domini Johannis Brunswic, quam eidem domino Nicolao super idem festum indempnem debemus redimere et libertare nos consules predicti.

1608. Johannes Krul emit angulum a Hinrico Baren totum, sicuti suus fuit, situm in opposito Maiorum Fratrum.

—1609. Petrus Bare statuit Johanni Krul suam hereditatem pro 80 m.; quando dabit sibi 10 m., est eo minus, quod potest idem Petrus facere, quando vult.

—1610. Mathias Ollifex statuit pueris Meynen Raceborch suam fabricam sitam vel domum extra civitatem iuxta Lozeknoken pro 80 m. in f. pasche ultra annum redimendam.

*1611. Kerstin Stenvelt statuit dimidiam suam hereditatem et dimidium ortum suis privignis, pueris Detlevi Ortulani, pro 55[b]) m., usque pervenient ad maturos annos, quibus interim providebit de omnibus necessariis et secum tenebit in expensis pecunia pro eadem et detunc eis illam reddet hereditatem eandem dimidiam, quam accepit cum sua uxore, relicta Detlevi Ortulani, in quibus debent esse contenti pro hereditate patris.

*1612. Hinricus Badiseren statuit Johanni, fratri suo, omnia sua bona, que habet in Damitze, cum 26½ m. red. in Rodekerken in terra Ruye minus 5 sol. pro 800 m. lub. a f. Nativitatis Johannis Baptiste proxime venturo ultra annum redimenda, que bona si non redimit, sua empta emptio permanebit et idem Hinricus detunc omnes litteras, quas habet super dicta bona, presentabit.

1613. Bernardus Tribesez statuit relicte Hinric Vinken suam dimidiam hereditatem sitam in Papenstrate, videlicet Sweneken, pro 60 m.[c]) de f. pasche instanti proxime ultra annum redimendam.

—1614. Ghesa relicta Ghodekini de Loten et suus filius Nicolaus statuerunt pueris Werneri de Gustrowe, videlicet Gheseken, Tymmeken et Werneken, suam dimidiam hereditatem in pl. Piscatorum pro 25 m. d.

—1615. Henneke Stuvere, filius Ghodekini, statuit Hinrico Ingezeglen sextam partem sue hereditatis sitam in Verstrate pro 100 m. d. a f. pasche ultra 2 annos redimendam, in qua suus pater moratur.

*1616. Dominus Thidericus Scele statuit Sloman Judeo suam hereditatem et suis heredibus, sitam in Longa platea, in qua moratur, pro 200 m. et 20 m.

[a]) *Hds.:* Spiritus suam pueris. [b]) *in* 45 *geändert.* [c]) 60 *in* 50 *geändert.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lub. redimendam proxima die s. Martini instanti pro pignere exsequuto. Ego Johannes Wesent arbitror indempnem dictum dominum Thidericum de dicta obligacione totaliter conservare.

A. D. 1342 circa Judica me Deus (*März 17.*). [*f. 61b*

—1617. Nicolaus Rodehose iunior statuit Hennekino Svarten suum angulum situm in Vrankenstrate pro 100 m. d. et 20 m., ad quod stant dominus Nicolaus Rodehose et filius prius dicti Nicolai pro defectu coniuncta manu, a f. pasche ultra annum redimendum.

1618. Henneke Vrowendorp emit curiam a Petro de Vobelkow suam curiam, que quondam pertinebat domino Gherardo Leoni, cum agris et omnibus suis attinentiis, videlicet unius mansi, sicuti littere sonant civitatis.

* Henneke Vruvendorp statuit suam curiam cum omnibus suis attinenciis relicte domini Gherardi Leonis et eius pueris pro 150 m. ad 3 annos; quando vult interim quod redimere, potest.

1619. Hinricus Stenvelt statuit suam hereditatem sitam in Blidenstrate pro 100 m. et 20 m. domino Alberto Hovenere. Ego[a]) Hinricus predictus et mea uxor stamus pro defectu ad suplendum, si in ea aliquis fieret.

—1620. Arnoldus Brune statuit quartam partem sue hereditatis sitam in Longa platea Johanni Branteshaghen pro 60 m.

*1621. Bertoldus Molendinarius statuit Nicolao Rodehose, Gherardo Langedorp dominis, Parvo Bernardo, Johanni de Cippeken suam hereditatem sitam in Tribezeschenstraten pro 50 m. d.

Johannes Boterlop statuit suam hereditatem sitam in Lobeshaghen iam dictis dominis Nicolao et Gherardo et aliis pro 60 m. d.

—1622. Hermannus Rode penesticus statuit Arnoldo Weldeghen dimidiam suam bodam pro 60 m. sitam iuxta Novum Forum, ad quod promisit pro defectu satisfacere idem Hermannus, si aliquis in premissis acciderit.

—1623. Nenning statuit Hinrico Pomerenen suam dimidiam hereditatem sitam in Frankenstrate pro 100 m.

*1624. Bertrammus Vulflam statuit 6 iunioribus pueris Johannis Wichmanni dimidietatem sue[b]) angularis hereditatis pro 200 m. minus 25 m. site iuxta Antiquum Forum, cum itur in Knepestrate, in qua Henneke et Wichman, seniores fratres nichil habent, nisi ipsis per mortem suorum fratrum et sororum aliquid potest devolvi, a f. pentecostes ultra annum redimendam.

1625. Hinricus Lenzan statuit Lodowico, filio Rufi[c]) Lodowici, suam angularem hereditatem sitam in Semelowenstraten pro 100 m. in f. proximo pasche redimendam vel in suo favore manere.

—1626. Thidemannus de Ruyen statuit quartam partem sue hereditatis angularis iuxta Knepedor pro 100 m. Greteken, iuniori puero Mathei Pistoris.

—1627. Thidemannus de Ruya statuit Johanni Wichman dimidiam suam hereditatem eandem pro 200 m., sitam in Knepestraten, ubi idem moratur Johannes.

---

a) *vorhergeht:* pro quo; *aber* quo *radiert.* b) *Hdsch.* sui. c) *Hdsch.* Rufo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

—1628. Hennekinus Wicbern statuit Johanni Straceborch suam bodam sitam iuxta Bodendor pro 100 m.; quando idem Henneke vult redimere, predicet ei quartale anni.

—1629. Elerus de Sundis statuit suum ortum situm extra Vrankendor pro 36 m. Johanni Westfal.

—1630. Hinricus de Elmhorst statuit suum ortum humuli situm extra Kuterdor pueris fratris sui Ditmari pro 10 m.

*1631. Johannes Vrese de consensu Margarete, uxoris sue, statuit Johanni Koldehoven tertiam partem sue heraditatis site in Langestrate pro 50 m. Nativitatis Domini festo nunc proximo redimendam pro pignere exsequuto.

*1632. Aleydis relicta Hennekini Witten statuit cum suo filio Nicolao filiis Gherardi Lunenborch suam dimidiam hereditatem sitam in Longa platea pro 40 m., videlicet Hermanno et Henneken.

—1633. Conradus Brus statuit quintam partem sue hereditatis sitam apud Antiquum Forum Hennekino Butendiic pro 40 m.

—1634. Johannes Vos statuit Hinrico de Zanzebur suam hereditatem sitam ex opposito Wesent pro 100 m. ad 2 annos; quando volunt separari, quilibet predicet alteri dimidium annum.

—1635. Martinus Rode statuit 2 partes sue hereditatis sitas in pl. Piscatorum Vickoni de Helsingeborch pro 50 m.

—1636. Hermannus Hoveman statuit suam hereditatem dimidiam sitam apud Fratres Maiores pro 60 m. a f. s. Michaelis ad 2 annos redimendam Nicolao de Ruyen et uxori sue Wiben, cuius dotalicium est.

—1637. Borchardus Hake statuit Hinrico Weldeghen dimidietatem sue hereditatis pro 18 m. et 4 sol. minus, Michaelis redimendam proximo venturo pro pignere exsequto.

1638. Bertoldus de Staden statuit Elero de Staden suam hereditatem pro 100 m. lub., de quibus sibi dabit annis singulis 10 m. lub. red. temporibus sue vite. Solummodo ipso vero mortuo Elero soluta permaneat hereditas predicta de dictis 100 m. et redditibus.

—1639. Henneke de Sundis statuit Hennekino Butendic quintam partem sue hereditatis sitam apud Antiquum Forum pro 40 m. festo Michaelis redimendam proximo venturo.

—1640. Henneke Vorlop statuit Thidekino de Elmhorst[a]) suam bodam sitam in Papenstrate pro 50 m.

—1641. Glemer Kemerere statuit quartam partem sue hereditatis sitam in Vrankenstrate Hinrico Westfal pro 50 m.

—1642. Henneke de Puttende statuit suam hereditatem Ludekino Raceborch pro 30 m.; sita in Blidenstrate.

—1643. Nicolaus Laghe statuit Hermanno Repere suam bodam ante Semelowendor pro 100 m.

---

a) *Hds.:* Emlhorst.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

*1644.[a]) Dominus Zeghefridus statuit Johanni Valken de Gholnow suam hereditatem sitam in Papenstrate, in qua moratur Doliator, pro 250 m. a f. Nativitatis Domini ultra 2 annos redimendam. Si defectus in ea exstiterit, idem Zeghefridus et Lubertus Ribe stant pro eo. Hanc hereditatem concessit Hennekino de Rethem et Alberto pro eis exponendam, quam eidem Zeghe[frido] debent indempniter disbrigare; quod si non facerent, ego Zeghefridus predictus, Lubbertus Ribe et Bertoldus Ribe, Bertoldus Holste et Richardus Zancebur mihi Zeghe[frido] debent disbrigare.

a) *No.* 1644 *ist am untern Rande von fol.* 62[a] *nachgetragen, mit welchem Blatte der* Liber de hereditatum resignatione *beginnt.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf